





1
6
467









CHRONICA HERBARVM, FLORVM, SEMINVM, FRVCTVVM, RADICVM, SVCCORVM, ANIMALIVM,

atq; eorundem partium, quo nimirum tempore singula eorum colligenda, atq; in vsum adferenda sint Medicum, res ut scitu pharmacopœis dignissima, ita reipublicæ maximè necessaria:

Authore,

NICOLAO VVINCKLERO FORchemio, Medico, & Halæ Suæuorum physico ordinario.

Cum gratia & priuilegio Imperiali, ad decennium.

AVGVSTÆ VINDELICOrum, in officina Typographica Michaëlis Mangeri.

Anno M. D. LXXI.



IN LIBELLVM D. NICOLAI VVinckleri Medici. Epigramma D. Ioan: Postij, German: Medici.

RAdices, herbas, flores, cum semine fructus
Et Medicus vsus, quæ requirit amplius
Temporibus certis debens, qui pharmaca miscent
Legere: vigorem cum suum diuinitus
Accepere suum: quod quo sub sidere fiat,
VVincklerus hoc paruo docet volumine:
Assiduè ante oculos quod pharmacopœus habebit,
Consulat ut ægris melius, & famæ suæ.

REVERENDO GENERE ET VIRTVTE NOBILI, ET MAGNIFICO VIRO DOMINO ERASmo Newstetero, dicto Sturmer à Schonfeldt, Bambergensis ac VVirtzburgensis Ecclesiarum Canonico. D.D. Ioannis Baptistæ in Haugis, & Gangolffi ibidem præposito, & Decano Collegij Comburgensis, Dignissimo Domino suo obseruando.

S. D.



Onscripsimus ex varijs historijs herbarum, fruticum & arborum insignium Chronicon libellum, hoc est, foliorum, florum, seminum, fructuum, radicum, atque succorum, quo tempore ad vsum medicum maximè illa colligi, non quod popularis auræ studio susceperimus, aut aliam quasi normam constituere, eamque accuratius enucleare velimus, & veluti Lernæ capita, in dies magis, atque magis inualescentes errores, sæuientia adulteria, dissoluere, edocere, emunctius, atque exactius absoluere, quum præsertim id eruditissimus Hermolaus, acutissimus Leonicenus, doctissimus Marcellus, præstantissimus Ruellius, versatissimus Manardus, alijque de re medica bene meriti, singulari eruditione viri clarissimi, Brassauolus, Fuchsius, Syluius, Matthiolus, & Franciscus Alexander Vercellensis, temporis diuturnitate, longaque experientia, grauitate, sapientia, prouidentia & iuditio hac de re


verbosissimè disseruerint, turpeq́ esset & temerarium si ingeniosum in alienis libris præstaremus, aliorumq́ labores vendicaremus, & veluti post desectam messem spicilegium facere, aut post restinctam sitim noua adferre pocula, sed potius ut pharmacopœis gratificaremur, aliisq́ bonis amicis ad obliuionem senii (ut Plato inquit) commentarios offerremus, qui in memoriam reuocarent, quo ordine & successione annua, singula ex viridario essent reponenda, idq́ non nisi maxima necessitate vrgente, propter oscitantiam & negligentiam pharmacopœorum quorundam, qui sine doctrina, sine delectu, sine censura, absq́ denique omni metu & pudore medicorum capiunt, & pro salute inexpectatam mortem interdum offerunt, pleraque aut omnia ad fraudem & auaritiam contaminent, corrumpant & peruertant, diuitias honori ante ponunt, liberum aliis negotiis delegant, atq́ relinquunt: quum à fraudulentis sibi non caueant, exotica ignorent, sacculos nominetenus sectentur & conquirant, vitiosisque potius consuetudinibus, quàm veritati acquiescant: ideoq́ non modò segnitiem, sed etiam opprobrium illorum accusamus. Quanta enim quæso errata & incommoda, cæteraq́ omnia in medicamentorum mistione afferunt, si in colligendis simplicibus ipsi aberrent: an non spe sua frustrabitur medicus doctus, qui medicamentis morbum expellere instituit, cum medicamenta sunt imperfecta aut immatura, aut nimis vetusta siue exoleta, svenioq́ squalida: an non vnius

simpli-

simplicis improbitas totam sæpenumero compositionem vitiat, vires minuit, abolet, ac nouas acquirit: quę omnia fieri experimur, cum nec loci situm, cœli statum, qualitatem regionis, bonam educationem, in primis quo tempore matura sint, respicimus: Quæ incommoda animaduertens Galenus lib. 1. antitid: in compositione Theriaces, vbi quærit Chamepityn, Chamedryn, Thlaspi, centaurium, polium montanum Hypericum, aliaq; florida non sole æstiuo siccata, neq; dum fructus eorum adhuc crudi & imperfecti sunt: idem continua speculatione lib. 1. & 3. comp. phar. part. & generalium obseruat, quando eduntur, quando augentur, quando deniq; vigent, quo tempore potissimùm eos commode decerpas & in siccis domunculis repositas custodias, ne à solis radijs vrantur, neq; humiditate à tecto vel muris madefiant. & hoc quidem non temerè. Etenim si sanitatem, qua nihil optatius homini esse potest, tueri debemus, varia innumeraq; genera morborum expellere, ferarum virus euincere, venenorum læthalium vim demoliri & ad vitam reuocare constituimus, nihil certè erit vtilius, nihil memoratu dignius, nihilq; laudabilius, quàm in defesso studio, huiusmodi negotia excolere, ijsdem insudare, quibus aut hominum vafrimonia, aut artis & scientiæ inopia indies periclitamur, magna enim laus & grata hominibus, vnum hominem laborare in ea scientia, quæ sit multis profutura, quæ inquam suum opus illorum

periculis ſubleuandis imparciantur, gloriam enim concitat magnitudo negotij gratiam & ſplendorem, animi ingenuitas & candor. Qua de cauſa cum hæc pars Medicinæ φαρμακευτική, utpote ſaluberrima & præſtantiſsima, nunc à præſtigiatoribus publicis & nepharijs corruptoribus obſcuretur & dehoneſtetur, polita loquacitate, inexpiabili ſcelere, intolerabiliq; diſcrimine, hortor & admoneo pharmacopœos, qui Chriſtianam religionem colunt, ut pro ſalute communi, pro artis medicæ dignitate, pro omnium ſtatu, & pro operibus commodi publici, probè ſanctèq; pro viribus ſuis ſimplicia medicamenta quærant, videant, audiant, locisq; proprijs indagent, quum vnaquæq; ſtirps natali ſolo exultet, vigeat, fertilis, efficaxq; probetur, ſecus verò imbecillis, languida ac ſterilis reddatur, quum telluris qualitate, cœli conſtitutione, nutrimento, cultura meliora deterioraue non minus euadant, aliosq; cultores moneant inſtentq;, ne radices, fructus, ſemina, flores, herbas, germina & ſuccos extra annum & menſes carpant, imò quod reliquum eſt labores ſibi commendatos habeant. Edidimus autem hoc Chronicôn, addita tui nominis mentione Reuerende atq; magnifice vir, quia ſcimus te ſapienter & grauiter de ſtudijs doctrinarum omnium iudicare, neque verò id ſolum, ſed & honeſta cogitatio, hanc noſtram vehementer auxit, tum ſingularis tua, & cum omnium rerum bonarum cõiuncta ſapientia, prudentia, & dex-

& dexteritas, tum incredibilis in omnes literarum studiosos familiaritas & liberalitas, quo in cursu DEVS æternus, qui est pater domini nostri Iesu Christi, te vnà cum inclyta tua familia conseruet atque regat, & quod reliquum est, me totis viribus ama, & inter cætera scriptoris animum in te maximè propensum amplectere, æqui boniq́ue consule, illi aspira, qui sub tua clientela, sub tuo patrocinio ad longè maiora promotus, virili, atque intrepido corde digniora indies magis aggredi audeat. Vale in Christo. Halæ Suæuorum, primo die mensis Ianuarij, M.D.LXXI.



QVO TEMPORE FIAT CONCEPTVS TERRÆ NASCENTIVM.

IANVARIO, Sol in Aquario.

FEBRVARIO, Sol in Piscibus.

PRIMVM CONceptum terræ naſcentium, flare incipiente vento Fauonio fieri ſtatuit antiquitas Romana, Plinio teſte lib. 2. cap. 47. & lib. 18. cap. 26. quod tempus circiter. 6. Idus Februarij accidit, hoc eſt, 8. die menſis Februarij, ab eo tempore, quo ſpirat & flat per nouem dies, cœleſtis quædam aura, ceu vitalis calor terræ naſcentibus inſpiratur, à quo reuiuiſcunt et reſpirant viueſcentia è terra omnia, hunc genitalem ſpiritum mundi græci ζεφυρόν, quaſi ζωὴν φορτα, quod ſatis & plantis vitam adferat, vocant Agricolæ verò catulitionem, à verbo catulire, quod eſt geſtire, & coitum maris appettere, nominant, ſic Plautus, cum meam vxorem vidi catulientem, & Laberius illè, catulientem ſupam ſcripſit. Mouetur autem is ſpiritus mundi ſiue ventus Fauonius per 9. fere dies, ab

æquinoctiali occasu, et signis, Cancro, Scorpione & piscibus, item à coniunctione Lunæ cum Marte, ideoq; hic item ac Aquilonaris turba frigore boreali riget, et similiter atq; Austrina cohors australi humiditate madet, hoc est, humidus ac frigidus, tepidus autem respectu Austri, qui est æstuosus, siccior autem Subsolano, quemadmodum in totum omnes à Septentrione & occidente sicciores sunt, quàm à meridie & Oriente. Ab eo tempore licet mari tantum viuescentia è terra, concipiunt tamen varijs diebus, pro cuiusq; natura. Alia protinus ut animalia q̃ sæpius in anno pariunt, aliqua tardius, quæ semel duntaxat partum gerunt, estq; ut pariendi, sic & concipiendi tempus varium.

Sed quærat quis, quomodo fiat conceptus terræ nascentium, an eadem sit ratio, quemadmodum in conceptione hominis, in qua solers et prouida natura rerum prospexit sexum, ut nimirũ marem & fœminam cõstitueret, et ad tempus separaret, ut eos quandoq; ad generis propagationem inuitaret, ne vniuersum genus intercideret, libidinem præterea quasi stimulum ex seminis ardore vtriq; iniecit ut sua semina in vnum conferrent? Respondeo, Sexum propriè dictum stirpibus natura non tribuit, ut per coniunctionem maris & fœminæ generarent, sed in se habent rationem seminalem promiscuam ac confusam, ratione cuius in eis inest potentia & libido ad producendum sibi simile, pro conseruatione suæ speciei, quæ potentia non reducitur in actum, nisi adiutorie extrinseci adiuuantis, videlicet, cœlesti influentia, siue Sole & terra, ex quibus notandum duplicia esse plantarum principia, scilicet, Materialia & Effectiua. Materialia sunt ex quibus immediatè generantur, ut sunt vapores terrei & aquei calore coagulati in loco generationis, ut in terra, q̃ impura est, & plena occultis seminibus, seu viribus seminalibus in principio suæ conditionis sibi à creatore inditis, iuxta illud Genesis primo. Germinet terra herbam virentem, & facientem semen suũ, & lignum pomiferum, faciens fructum iuxta genus suũ, cuius semen sit in semetipso super terram. Effectiua sunt quæ sua actione transmutant dictos vapores in substãtiam plantarum, sicut sunt qualitates primæ in vaporibus istis adiutæ cœlesti influentia, & maximè calor connaturalis vapo-

vapori adiutas calore solis. Hæc duo principia si debito modo concurrant fit conceptio, nō sanè quando semen ipsum per propagationem (qua planta nascitur seminatione præuia) attrahitur & retinetur à terra, sed cum seminis potestas exuscitatur, et insitum sibi munus reipsa obit, & ad parturiendum impellit, quæ vera dicitur conceptio. Non rarò enim fit, quando terra semen attraxit diu continere non potest, sed biduo aut triduo perit, aut in aliam naturam degenerat, veluti in vtero mola, quę nec conceptio vera est, huius enim mole opprimitur & laborat natura, perinde ut ventriculus cibo graui & crudo. Quemadmodum igitur vterus fœcundus ingenita ui, q̃ alteri nulli parti est concessa, sopitam seminis uim & delitescentem in eo potestatem excitat, & ad agendum extimulat, ut energia fiat & dicatur: ita etiam terra ferax & fœcunda exceptum semen suo calore foue, deinde excitat et ad parturiendum impellit, tum temporis semen opus agreditur & suscipit, quod ante nusquā agere potuisset, alioqui enim principium vnum per se in seipso generaret, quód est naturæ absurdum.

Quæ cum se ita habeant, quærere visum est, quo pacto duo principia, nempè influentia cœlestis siue Sol, & terra, quæ longissimè distant, concurrant, & quo pacto influentia illa cœlestis ad terræ nascentia descendat. Respondeo per viam quandam mediam tanquam per aërem, quemadmodum in visione accidit, vbi spiritus visorius, qui est lucidus & fulgidus (etenim áb anima, quæ ipsa est lucida & fulgida, autore Aristi. lib. de sensu & sensato, procedit) aërem attingat, & lumen ipsius cum lumine aëris vniatur, qui aër recipit aliam illuminationem, ob quam redditur aptum instrumentum ad visionem: ita fulgor seu cœlestis influentia, quàm primum supremū aëris terminum contactu afficit, statim vim suam fulgidam & æthream in aërem tā diu dispergit, & longè lateq; diffundit, donec totum illustrant calorem, excitarit, cognatumq; corpus seu instrumentū proprium fecerit ad res tangendas, hunc aërem sic illustratum & fulgore plenum, terrę nascentia statim sentiunt, & cōcipiunt proprietatē quandā de essentia ętherij luminis Et quemadmodū è ꝓfundis cuniculis ceruus serpentem

narium inspiratu allicit, aut vterus viri semen, è sua ceruice attrahit, ita etiam terra, influentia cœlesti ista gaudet, quam ad se attrahit taquam vterus genitale semen, aut ut quidam volunt, vaporem quendam ex terra mitti ad occulta foramina terrǽ, qui deinceps intro trahitur, tanta vis ergò est huius aerit cœlestis, tantaq; necessitas, ut quêadmodum animus non sine anima, ita nec anima sine cœlesti aere seu influentia viuere potest, quod copiosius in physicis demonstratur, tantùm de conceptione terræ nascentium dixisse sufficiat.

MARTIO, SOL
in Ariete.

AGE verò iam terram semen fæcundum ita concepisse, ut consentanea quadam moderatione, mutua amicitia et complexu amborũ, vis vnica eademq; natura iã facta sit, restat ipsa conformatio seu Germinatio. Vis illa in semine latens, materiam variè distrahit, eiusq; partes secernit (non enim est exquisitè vnum, et ex omni parte consimile) certis diebus partes seminis tenuiores calidiores, & spiritus magis participes intrò & in medium totius molis se recipiunt, crassæ verò & magis terrenæ ambiunt, & circumcirca obuallant, ex quibus durioribus factis, atq; coactis incipiunt germinare, fœtũq; proferre, habita tamen ratione seminis prout cuiusq; natura est. Etenim celerrimè In

1. horto satorum germinant, et nascuntur ocymum, blitum, Napus, Eruca, quæ tertio die à satione erumpunt, Anethum quarto, Lactuca quinto, Raphanus sexto, Hyeme decimo, Cucumeres sexto, uel septimo die à satione, Hordeum septimo, Atriplex octauo. Legumina omnia erumpunt quarto die, vel cum tardissimè septimo, Legumina

gumina in ægypto tertio die, Faba à decimo quinto ad vigesimum, Cepæ 19. aut 20. Gethium decimo aut 12. Contumacius coriandrum. Cunila quidem & Origanũ post trigesimum diem, omnium autem difficillimè Apium, quadragesimo enim die celerrimè aut 50. maiori ex parte emergit. Et quod mirum de colutea, quæ post Arcturi occasum germinat, primo vnicaulis triennio maximè, spargitur deinde in ramos, quartoq; anno arborescit. Similiter & Lotus & ægilops herbæ, quæ non nisi post annum è semine suo nascuntur. Aliquid præterea ad
II. germinationem, & seminum ætas confert, quoniam recentiora maturius gignuntur in porro, Gethio, Cucumere, Cucurbita. Ex vetere autem celerius proueniunt Apium, beta, cardanum, cunila, origanum, Coriandrum. Mirum in betæ semine: non enim totum eodem anno gignit, sed aliquid sequente, aliquid tertio, itaq; ex copia seminis modicè nascitur: Semen optimum aniculum, binum deterius, trinum pessimùm, ultra sterile, Plinio lib. 18. cap. 24. attestante,

Hæc quæ diximus causam potissimum intrinsecã respiciunt. Quæ uerò extrinsecus Germinationem promouent, primò est qualitas terræ, deinde Stercoratio, tertiò temporis ratio, quod magna ex parte syderibus est connexum.

Qualitas terræ.

Quod ad solum itaq; pertinet, sciant studiosi haud minimũ interesse, semina, ut lætiorem germinationem, fructumq; uberiorem, deterioremq; faciant, cuiusmodi solo mandentur. ceu enim uterus fœcundus ingenita ui sopitam seminis uim & delitescentem in eo potestatem excitat, et ad agendum extimulat: ita etiam terra ferax & fœcunda exceptum semen suo calore fouet, excitat & ad germinandum impellit, ea autem est quæ mediocrem ex omnibus temperaturam obtinet, nempè, quæ nec immodico frigore, ut in hyeme densior facta, nec humoris affluentia, extinguit nec siccior alimenti ubertatem inhibet, nec calidior semen ipsum ardore torret & exurit. In summa omnis immoderata absit intemperies prę sertim fuge terrã cariosam, ut Cato uno verbo vitia determinauit, quam neq; plaustro, neq; pecore impellas, ea enim nihil differt à ligni carie, quæ est arida, fistulosa, scabra, canescens, exesa & pumicosa, quę siue ætate, siue

natura ita est, infœcunda ad omnia & imbecilla habetur. Quæ verò modicè intemperata terra est, optimè commodeq; generat ac conformat, si coeant cum intemperatis pari exuperantia in contrarium vergentibus, sese enim temperant, & certa ratione moderantur. Cum similibus autem commiscētur, ne quicquam valent producere. Terram teneram, quæ vocatur pulla optima erit, & operi satior, illa enim temperatæ vbertatis, illa mollis facilisq; culturæ est, nec madida nec sitiens, illa post vomerem nitescens. & ut Cicero lux doctrinarum altera, scribit, eam terram, quæ vnguenta potiùs, quàm quæ Crocum sapiat, optimam esse, qualis est in noualibus cæsa vetere sylua, quæ consensu laudatur. Et in frugibus quidem ferendis eadem terra vtilior intelligitur esse, quoties intermissa cultura quieuit: quod in vineis non fit. Illa certè odorem sic refert, veluti cum à siccitate continua terra immaduit imbre, halitum diuinum, seu vnguentosum è sole conceptum emittit, fœlix igitur hæc terra quæ succi plena est, & veluti exubere alit omnia, vnumquodlibet tamen iuxta seminis aut plantæ naturam, ut Hippocrates in libro de natura hominis scribit. Semina & stirpes terram vbi subierint, id quod in terra secundum ipsorum naturam est, sibi attrahunt, siue acidum, siue dulce, siue amarum, siue salsum, siue aliud quippiam diuersum, primum autem quod sibi naturali humiditate, siue similitudine coniunctum est, attrahunt, tum cætera deinceps arripiunt.

Hunc igitur modum semina nedum, plantæ in terra cum seruent, operepretium est, ut genera terrarum addiscantur, hoc est, quibus qualitatibus maximè redundent, ut quælibet planta in locum proprium, & sibi familiarem reponatur, quo liberius vita fruatur, siquidem constat non eadem omnibus conuenire, nec vbique optima prouenire. In agro cašsò & læto frumentum seri iubet Cato. Si verò nebulosus sit ager idem, Raphanum, milium, panicum in frigido & aquoso prius serendum, postea

ſtea in calido. In ſolo autem rubricoſo, vel pullo, vel arenoſo, ſi non ſit aquoſum, Lupinum. In creta & rubrica & aquoſiore agro Adoreum. In Sicco et non herboſo, nec vmbroſo triticum. In ſolo valido fabam. Vitiam verò quàm minimè in aquoſo herbidoq;. Siliginem & triticum in loco aperto æditoq;, qui ſole quàm diutiſsimè torreatur. Lentem in fruticoſo, & rubricoſo, qui non ſit herbidus. Hordeum in nouali, & in aruo quod reſtibile poſsit fieri. Cytiſus & Cicer in tenuiore terra, quæ non multò indigent ſucco. In pingui autem terra, quæ cibi ſunt maioris, ut olus, triticum, ſiligo, linum: Et ſic de reliquis, quam terram quodliuet amat, ſtudioſis cognoſcendi relinquimus.

Eſt & ſtercoratio ſubinde agricolis non negligenda, quæ ſuſcipitur, ut terra terra emendetur, fertiliſque fruge campus reddatur. Sic Milium, Panicum, Rapa, Napus, niſi in ſtercorato agro non ſerantur. Non ſtercorato frumentum potius quàm hordeum ſerito. Item in noualibus, tametſi in illis fabam ſeri volunt, eandem vbicunque quàm recentiſsimè ſtercorato ſolo.

De Stercoratione præceptum hoc erit obſeruandum. Ager ſi non ſtercoratur, alget. Si nimium ſtercoratus eſt, aduritur: ſatiusque eſt id ſæpè quàm ſupra modum facere. Quo calidius ſolum eſt, eo minus ſtercoris ratio eſt. Plura de Stercoratione lege Plinium lib. 17. & 18.

Hæc etſi legittimè omnia ſe habeant, ut promptius in proprio ſolo quam alieno germinent, attamen niſi etiam tempus reſpiciant, q̃d maximè ſyderibus eſt connexum, pleraq; infœcunda aut ſterilia videntur, licet terra ſemen attraxit, diuq; continuit, mole tamen opprimitur & laborat natura, præſertim quando influentia cœleſtis, quam plato frequentius ignem, ut interdum calorem appellauit, ab Ariſtotele Spiritus dictus, vel

vel naturalis calor, non accesserit. hac enim influentia vnà cum spiritu & calore omnia continentur ac fouentur, quorum appulsu vita inest, quorum excessu mors irruit. Quanquam uerò in stirpibus minus aperta & euidens est spiritus & caloris inspectio, eas tamen non minus quam animantes hoc salutari calore et influentia cõseruari, omnemq; omnium salutem hinc oriri perspicuũ fiet, qui naturæ opera effectus que existimabit. Hac influentia viuit papauer, cicuta, mandragora, & vniuersum stirpium genus frigidarum.

Cæterum hoc non ignorandum, quod influentia illa cœlestis seu calor naturalis ratione temporis sit mutabilis. alia enim influentia Veris tempore, alia æstate, alia Autumno, alia deniq; hyeme influit, ut id Hippocrates ex commutatione calidi nostri demonstrauit. Quæ influentia cũ aut maior aut minor, firmior aut infirmior esse appareat, non mirum etiam si opera naturę aliquando manifestiora aut obscuriora videntur.

Hyems. Hyeme etenim ob frigus corpora contingens, calorem cum sanguine & spiritu in animantibus, et terræ nascentibus intrò repellit in profundum, forisq; cutis & terræ spiracula adstringens, caloris substantiam cogit & ita coërcet, ut nihil eius aut minimum poßit effluere & germinare: nisi si quæ sua natura ita fortia sint ut suo germinatu sæpe niues perforent, ut de Elleboro Herophilus antiquißimus medicus scribit, qui fortißimo duci adæquabat. Concitatis enim intus omnibus, ipsum in primis exire dicebat Plinio lib. 25. cap. 5. attestante.

Æstas. Æstate contra, quoniam ambientis feruor corporum spiramenta laxat, & interiores spiritus tum humores foras elicit, necesse est substantiæ caloris plurimum in confinem aërem diffluere, atque dißipari, exiguum uerò intus contineri, hoc tempus licet magis sit commodum ad germinationem, quã hyems, præsertim post Canis ortum qui fit nostro Hemisphærio 30. aut 31. Iulij mensis, minus tamen cõmodum quàm Ver & autumnus, quæ tempora moderationem quandam inuehunt, hoc est, non offendunt, nec temperaturam excedunt, proinde ad germinationem omnia tunc terræ nascentia properant, magis tamen uere, quàm autumno, siquidẽ

Ver. Ver omnium partium anni pars est longè salu-

ſaluberrima & beatiſsima, ſi natiuam modò rationem intuearis. Neq; frigidius æquo humidiusq́; ſicut bruma, neque calidius ſicciusq́; ut æſtas, neq; in æqualitate moleſtum quemadmodum autumnus, ſed temperatione & ſummè clementia aptiſsimũ tempus ad germinationem, quod incipit die Martij decimo, ad pleiadum vſq; exortum ſub 20. diem Aprilis, ſi Solarem ortum capias: ſin eum quum à ſole emicat, ſub Maij diem ſextum, quo tempore incipiunt germinare (inquam) & reuireſcere mõtes, prata, ſegetes, campi, vineæ, horti, ſyluæ, collium flexus, valles, planicies, opaca, & luci. Eo tamen diſcrimine, ut quæ ex eodem ſint genere, ſiue ea calida, ſiue frigida, ſiue humida, ſiue ſicca, prius in paluſtribus, mox in campeſtribus, nouiſsimè in ſyluis germinant, per ſe autem pyri ſylueſtres quàm cętera. Præterea notandum quod ſylueſtria ſatiuis tardiſsimè erumpere ſolét. etenim omnis cura fertilitatem adijcit, fertilitas ſenectam, ideoq; præflorent talia & prægerminant, atq; in totum præcotia ſunt, quoniam omnis infirmitas cœlo magis eſt obnoxia. verùm quo ordine hortenſia omnia germiuant id ex natura ſeminis cognoſcendum, de qua paulò ſupra monuimus.

Inter Arbores ſylueſtres primo Fauonio germinat Cornus, proximè Laurus, pauloq́; ante æquinoctium Tilia, Acer, Ornus, Carpinus, Cotinus, qui frutex tantum eſt in Apennino monte.

Inter paluſtria primas tenet populus, Vlmus, Salix, Alnus, Platanus, Myrica, ſiue Tamarix, Nuces.

Campeſtria & quæ montes amant, ſunt ceteræ arbores uere cepturo, ut Aquifolium, Terebinthus, Paliurus, Caſtanea, Glandes, Buxus, Iuniperus, Cedrus, Larix, Teda, Abies: ſerotino autem germine malus, tardiſsimè ſuber.

Autumnus.

Autumno cum pauca reſtat ſubſtantia caloris, ob eam quæ æſtate fit diſperſionem, & inæqualitatem influentiæ, pleraq; ad ruinam defluunt, & in perniciem ueniunt, exhauſto enim pabulo, calor unà reſtinguitur, non quidem per ſe, ſed per accidens, & alterius interiectu. Nempè humidi primogeniti, nihil enim quod genitum eſt, & natura conſtat, primum & per ſe ſui exitum molitur, ſed quam longiſsi-

 mè

mè prorogari, & in rerum natura consistere peroptat. Quo circa non alia est ortus nostri, alia interitus causa, sed quæcunq; nos genuit, & moderatur, ea tandem extremum vitæ diem morte conficit. Hic annuus ordo cum seruetur, non mirum cur autumno pauca germinent, & adolescant, & eo magis quæ ad finem autumni hyemisq; ingressum, ante Brumam sata sunt: hacq; de causa præcipiunt, quod circa Brumam non sit serendum: quoniam hyberna semina, cum ante Brumam sata sint septimo die germinant. Si post brumam uix 40. die. Sunt qui tempus vnum serendi præscribunt, ut Hesiodus, à Vergiliarum occasu. Vergilius autem triticum & far à Vergiliarum occasu seri iubet. Hordeum inter æquinoctium autumni & Brumam: Vitiam uerè, faseolos & lentem Boote occidente, quod sydus Romæ occidit circa 7. Decembris. Sunt qui ante Vergiliarum occasum seri iubent, videlicet in arida terra, & calidis prouintijs. Aliqui in frigidis locis, ab æquinoctio autumni, in calidis serius, ne ante hyemem luxurient. Et cum hoc tempus Autumni valdè sit laboriosum & curiosum, quidam uere potius serendum esse putant, quàm malè in autumno, atque ubi fuerit necessum inter ventum Fauonium & æquinoctium vernale.

Hactenus de germinatione, qua parte nimirum anni ea sit aptissima & commodissima. Restat ut de partu pauca dicamus.

APRILI, SOL in Tauro.

VEluti cæteris animantibus, statutum partus gerendi & pariendi tẽpus est, idem & plantis & arboribus lege naturæ decretũ, ut post germinationem aut conformationem (quæ specie atq; forma est adornata) pariant. pariunt verò cum flos erumpit, qui ruptis constat vtriculis, veluti in rosa videre licet, quæ primò inclusa granoso cortice germinat, quo mox intumescente, & in virides alabastros fastigiato, paulatim rubescens, dehiscit ac sese pandit, donec expessam solidamq; perfectionem consequitur, & in actum erumpit, non aliter quàm ex seminis materia in vterum emissa, homo tandem procreatur, cuius speties quædam & forma præcesserat in semine.

Et quemadmodum animalibus non idem impregnationis cursus, quædam enim omni tempore coeunt & pariunt, ut gallinæ (præterquam duobus mensibus hyemis brumalibus) Columbę decies anno pariunt, quædam & vndecies, Hirundines &, merulæ & palumbi, & turtures bis anno pariunt. Cæteræ aues ferè semel: ita et plantę frutices et arbores, fœcunditate aut sterilitate gaudent. Etenim sunt quę toto anno flore exhilarantur, ut Condrylla et Aphace, quę ambo picræ nominantur à Plin. lib. 21. cap. 16. Quædam bis & ter florem ostendunt, ut apium, poerum, gethyum, & Scylla quæ tria tẽpora sationũ monstrat. Plin. lib. 21. cap. 13. autore. Quædam semel tantum, & florẽt, aut per mensem, aut longius. Sunt quæ vere tantum florent, quędam æstate, quędam Autumno, quædam hyeme, quo tempore parturire dicuntur.

Porrò notandum inter ea quæ florent, quædam statim in germinatione florere, properátq; in eo, sed maturescũt tardè, ut vites. Quędam serotino germinatu florent maturantq; celeriter, sicuti morus, quæ nouissima vrbanarum arborum germinat, nec nisi exacto frigore, ob id dicta sapientissima arborum, sed cũ incœpit in tantum vniuersa germinatio erumpit, ut vna nocte peragat, unà cum strepitu. Quædam floribus duntaxat coronantur, ut Genesta, Spartũ, Rhododendron & zizipha, quæ & Cappadotia, Plinio vocatur.

Quædam intra ſe pariunt aut florent, ut Lappa, in qua flos naſcitur non euidens, ſed intus occultus, Plinio atteſtante lib. 21. cap. 17. ceu animalia quædam quæ in ſe pariunt, ut idem autor ſcribit, de conceptu & partu vipera. Similiter quæ oua pariunt: Multa verò ſunt quæ non pariunt, ſed duntaxat germinant, ceu inter arbores Ilex, picea, pinus, quæ nullo flore exhilarantur, natalesúe pomorum recurſus annuos uerſi colore nuntio promittunt. Inter herbas nec florent Dryopteris, Filix tàm mas quàm fœmina. Hemionitis tàm mas, quàm fœmina, nec ſemen, nec caulem gignit, ſimiliter & aſplenon, nec caulem, nec ſemen, nec florem, habet. Præterea Epimedium, quod nec florem nec fructũ fert, Adiantum & Nardus montanus, nec flores, nec caules, neque fructus ferunt. Nunquã floret Acinon herba, quam alio nomine Plinius Epipetron vocat.

Quædam folijs duntaxat coronantur & perpetuo virent, de quibus infra monebimus.

Hactenus annuum ordinem ut pulcherrimum paucis oſtendimus, quem ita plantæ, frutices, Arbores, & earum ſemina, quæ in hortis proueniunt & creſcunt, ſeruant immutabilem, niſi q̃d ſubinde etiam morbos ſentiant, & in aliam naturam degenerent. Sic ocimum ſenecta degenerat in Serpyllũ, & Siſymbrium in calaminthau. Et ex ſemine Braſsicæ veteris rapa fiunt, atq; inuicem. Et necatur Cyminum ab imodorſo, niſi repurgetur. Et ocimum ſub canis ortu palleſcit: Omnia verò acceſſu mulieris flaueſcunt. Beſtiolarum quoq; genera innaſcuntur. Napis Culices, Raphano erucæ. & vericuli, item Lactucis & oleri vtriſq; hoc amplius limaces & cochliæ. Sic de ſimilibus, de quibus omnibus eadem eſt ratio, ceu in animalibus, quæ propter morbum naturali curſu impediuntur, ut non meliora grandioraque fiant, ſed citò ut imbecilla pereant. Quæ contemplatio licet ad medicos etiã ſpectet ut delectum medicamentorum habeant, attamen ne limites tranſgrediar ad inſtitutum me nunc conuertam. Eſtq; hoc, ut ſimplicia medicamenta quo temporenimirum colligenda ſint, explicem rem veluti magis neceſſariam & vtilem, ad vſum communis vitæ, ſiquidem

7

		Locus natalis.	APRILI, SOL in Tauro.
	instrumenta ea sunt, sine quibus nemo tutò aut rectè mederi potest, si viribus destituantur, hoc est, si aut nimis recentia, aut vetusta fuerint, de quibus alijs in locis studiosi admonebũtur.		

LOCVS Natalis.	MAIO, SOL in Geminis.
In vmbrosis & opacis.	AGrostis siue gramen, Germani, Graß/ ex Dioscoride lib.4. cap. 26. multiplex est, ut etiam ex Plinio lib.29. cap.19. geniculatis serpit ramulis, à quibus radices spargit dulces, articulis præcinctas.
Syluis & iuxta arbores vetustas.	Alleluia, quibusdam Oxytriphyllon, latinis trifolium acetosum, Germanis, sawerklee / oder buchampffer/ nonnullis panis cuculis appellatur, idq; eò quod quum Coccyx cuculat erumpit, nepè Aprili & Maio mense.
Sepibus et dumetis.	Alliariá, germani ab odore quem refert, knoblochkraut/ vocant, folia cum primum erumpunt rotunda spectantur violæ similitudine, postquam verò adoleuerint, per ambitum in serræ modum lancinata visuntur.
Parietibꝰ	Alsine, quibusdam anthyllion, nonnullis Myos ota vocatur, quoniam folia muscu lorum aures imitantur, plura eius reperiuntur genera, germani, Hünerderm vocát.
Vineis et aruis.	Anagallis mas florem habet phæniceum, Germani, gauchheyl das mendlein vocát: officinis Morsus Gallinę.
Vineis & aruis.	Anagallis fœmina florem habet cæruleum, Germani, gauchheyl das weible.

LOCVS Natalis.	MAIO, SOL in Geminis.
Agris colitur. Nascitur in collibꝰ & sabulosis.	Anemone, ut græcis ita latinis pariter & Italis, nomen à flore habet, qui nunq̃ se aperit, nisi vento spirante. plura Anemonis obseruãtur genera, vnum satiuum, cuius multæ species, quæ floribus distinguũtur, alia enim phœniceum florem profert, alia candidum, aut lacteum, aut purpureum, quæ oẽs ut floribus distinctæ sint, ita etiá folijs & radicibus. Alterum est syluestre, quod longè differt à papauere erratico, præterea à pulsatilla: Omnia genera Maio mense florent.
Inter lentes et iuxta sepes.	Aparine, germanis klebkraut/ nusquá nō prouenit, sed præsertim ut Theophrast. scribit.
Montibꝰ pręcipuè in Creta insula.	Apios q̃ & Ischas appellatur, radicem vomitoriam habet, ut testatur Dioscorides lib.4.cap.170. longè distás à pseudapio, de quo postea in Iunio mense dicemus.
Pratis siccis & incultis.	Betonica purpurea, germani, braun betonien/ nascitur in pratis.
	Bellidis plura quanq̃ numerentur genera, tria tamen communiter obseruantur.
Pratis.	Bellis maior, Germanis, Gens blümen.
Hortis.	Bellis minor hortensis, monat blümle.
Incultis iuxta semitas.	Bellis minor syluestris, klein zeytlosen.

Bulbus

LOCVS Natalis.	MAIO, SOL in Geminis.
In ſyluis & vmbroſis.	Bulbus ſylueſtris, Fuchſio Feldtzwibel/naſcitur nō procul à Tubinga iuxta monaſterium Bebenhuſen.
Colitur fictilibus	Caltha ſiue Calendula, Germani, Rin gelbblůmen / floribus ſpecioſis, croceis ſingulis ferè menſium calendis Maio incipiente, vſq; in autumnum florida eſt.
Hortis plātatur. Montib⁹ opacis et iuxta ſepes.	Caryophyllata à Caryophylli odore, quem manifeſtum eius radices ſpirāt, duo eius genera, vnum ſatiuum ſiue hortenſe, alterum ſylueſtre, Germani, Benedict wurtz vocant.
Propeoppida naſcitur, & agris nūc colitur.	Chryſanthemon, aut caltha nonnullis buphthalmos, herba eſt tenera, fruticoſa læues proferens caules, & multifida folia. nec eſt ranunculi ſpecies Fuchſij, flore luteo, vehementer ſplendens.
Pingui ſolo prouenit, iuxta ſepes in vmbroſis.	Clematides daphnoidis, nōnullis vinca peruinca dicitur, folia exeunt per interualla pari vtrinq; exortu lauri minora flore cæruleo, & nunquā folijs exuta ſpectatur, Germani vocant, Wintergrůn oder Syngrůn.
Solo vliginoſo frequens eſt.	Chelidonium minus, alijs Scrofularia minor quibuſdā teſticulus ſacerdotis, Fuchſius ad Malacociſsi ſpeciem retulit, Germanis, Pfaffenhödle oder feygwartz.

LOCVS Natalis.	MAIO, SOL in Geminis.
In parietibus lapidū cumulis ruderib⁹q; naſcitur.	Chelidonium maius alijs hirundinaria, quod aduentu hyrundium exurgat & eorum diſceſſu emarceſcat: vel quia ſuorum pullorum affectibus tali ſuccurrant hyrundines, Germani vocant ſchelkraut.
Pratis & in vijs vbiq; ſcaturiens.	Conſolida media herba triuialis eſt, flore purpureo, capitulis penè Stæchados, ramulis humi repentibus, Germani, gulden güntzel.
Paſsim in hortis colitur.	Cerofolium, planta fragilis ac tenera, ſenis ab vno pediculo emergentibus folijs, vulgaris petroſelini modo ꝑ ambitum inciſis, vmbellā in ſummo caule gerit albis floſculis ornatam, tota planta dulcis eſt, Germani, kerffel kraut.
Syluis & vmbroſis.	Cynocrambe, id eſt, braſsica canina, Germani, Hunds keel.
In planitie et collibus.	Elleborum ſeu veratrum nigrū ex Dioſ. lib. 4. ca. 134. Melampodion appellatur, ob paſtorē Melampum, qui eo primùm vſus eſt. triplex in flore varietas conſpicitur, primum purpureo, alterum candido, tertium herbaceo. Vniuerſa genera veratri nigri, Martio & Aprili menſibus florent, legenda Maio & initio æſtatis.

Quan-

LOCVS Natalis.	MAIO, SOL in Geminis.
In Collibus & asperis locis iuxta Halam Suæuorū plurimū reperitur	Quanquam non desunt, qui Veratrum herbaceum Consiliginem esse opinantur, eo argumento ducti, q̄d omnem morbi uim, si in auriculam quadrupedum inseratur radix perforata ferro prius aure, eximat, quæ tamen opinio falsa est cum eadem radix Veratri, id quod Consiligo, præstare potest, autor est Plin. lib. 25. cap. 5.
Arido solo gaudet.	Eruca syluestris vulgaris admodum planta est Germani widen senfft / incipit florere Maio, & durat per integrū ferè mensem.
In macerijs & sepibus.	Erigeron græcè, Senecio alijs. Germanis, grindtkraut oder Creützwurtz / virescit toto anno & quolibet ferè mēse floret. Est & aliud genus Senecionis, quod germani florem Sancti Iacobi appellant, quod non nisi Iulio & Augusto colligimus,
Segetib⁹.	Fumaria prima, germani, Erdtrauch.
Syluis.	Fumaria altera, quam pro pistolochia quidam pingūt.
Campestribus.	Geranium floribus purpureis, germanis, Storckenschnabel.
Vmbrosis.	Geranium floribus sub purpureis.
Dumetis locis.	Geranium tenuifolium purpureis floribus.

LOCVS Natalis.	MAIO, SOL in Geminis.
Iuxta sepes.	Geranium quartum floribus purpureis, ex quibus capitella rostrata gruini capitis instar prodeunt.
Pratis mōtosis & saxosis.	Geranium quintum floribus cæruleis: hæc & aliæ species officinis gruaria herba, aut acus moschata, siue rostrum gruis & Cyconiæ dicuntur.
Montosis locis. Colligenda hæc herba est Maio, Iunio & Iulio mensibus.	Herba paris vno constat caule, rotundo duorum palmorum altitudine, è cuius medio erumpunt folia, eodem ambitu, crucis instar patentia, sanguineæ virgę simillima, Germani vocant Wolffsber. longè differens ab Aconito pardalianchi Dioscoridis, quæ radicem habet effigie Scorpionis.
Pratis amęnis & vliginosis.	Hediopnois maior, nonnullis Dens Leonis, alijs Dēs Caninus, quibusdam caput Monachi, aliquibus Rostrū porcinum, plerisque Ambubeia vocatur, nec non Taraxicon, Germani, Groß rölekraut / folijs Cichoraceis frequenter lanciniatis in sagittæ modum, caule palmari, rotundo, glabro, cancauo, lacteo succo prægnante, nascitur.
Locis humidis & syluosis.	Lilium conuallium, Germani Mayenblümen.

Myr-

LOCVS Natalis.	MAIO, SOL in Geminis.
In hortis & pratis nõnullis	Myrrhis, Germanis, Wilderkorfel appellatur, caule, folijsq; simillima est cicutæ. radix odorata cibo non insuauis, nascitur passim.
Hortis colitur.	Nasturtium herba hortis familiaris & frequens, Maio & Iunio florida.
Nascitur in cultis locis circaitinera & prata.	Nasturtium syluestre, Galeno alio nomine lepidium. iberis appellatur, officinæ non agnoscunt, Germani, Gauch blůmen / oder Wilderkreß.
In pratis luxuriãs in petrosis & sabulosis frequens	Orchis, alijs Cynosorchis, latinis testiculus caninus mas: folijs latioribus, Germani, Knaben kraut/puerulis ob florem in cœruleo purpureum expetitus, Orchis mas, angustifolijs, & maculosis, floribusq; purpureis constat. Orchis fœmina maior. Orchis fœmina minor, omnia hæc genera Maio & Iunij principio carpuntur.
Pratis & campestribus.	Orchis serapias mas, siue Triorchis, à tribus testiculis denominationem habet, Germani, Ragwurtz / florem habet purpureum, & parum peralbicantem. Triorchis fœmina, in fine Maij mensis, & initio Iunij hoc genus apparet, deinde nusquam inueniri potest. duo hæc genera, etsi in folijs

LOCVS Natalis.	MAIO, SOL in Geminis.
	et radicibus, nihil aut parum discriminis habeant, tamen in floribus manifestè differre videntur, flores habet diuersi coloris, videlicet purpureum, candidum viridé, ac nigricãtem inferiori parte planè fuci effigiem exhibent.
Inter legumina nasci cõstat, nẽpè cannabimlinũ, & in vijs secus agrorum sepes.	Orobanchis, à strangulando legumina cognomẽtum habet. cauliculus est subruber, hirsutus tener sine folio, pinguis, flore sub albido, aut in luteum vergente, quibusdam hæc Herba tora vocatur, quod vaccæ ea degustata, statim taurum adeant.
Agris in cultis & inter segetes Maio mẽse requirũtur	Ornithogalum cauliculus est tener, candicans, tenuis, sesquipedalis, tribus aut quatuor in cacumine mollibus agnatis. à quibus flores prodeunt foris herbacei, & cum se pandunt, lactei visuntur.
Pratensis est herba.	Ophioglosson aut lingua serpentina, herba arietina, folio vnico, pingui, digiti lõgitudine, paruo, plantagini aquaticæ vocatæ non dissimile, pediculo herbaceo, ex huius inferiore sinu prodeunte. Maio mense irrumpit, & statim post fugax euanescit.
Montes amat.	Ophris, Germanis, durchwachs/oder zwey blat.

QVO TEMPORE HERBAE COLLIGENDAE.

LOCVS Natalis.	MAIO, SOL in Geminis.
Pratis gäudet.	Prunella, germani praunelln/ Matthiolus consolidam minorem petasitis Fuchsij, quam Matthiolus pro Tussilagine maiori pingit germani vocant, pestilentzwurtz.
Montosa herba.	Polygonatum, officinis sigillum sanctæ Mariæ vel Solomonis. Germanis weiß wurtz / folijs lauri latioribus & læuioribus, sapore mali cotonei, aut punici, cũ quadam adstrictione.
Limitib' humidis	Ranunculus luteus, Germanis, gelber hanenfüß. Græcis βατράχιον dicitur.
Montib' et asperis locis.	Ranunculus purpureus.
	Ranunculus lanuginosus, gefülter hanenfüß.
Syluis.	Ranunculus aureus, wilder goldgelber hanenfüß.
Humidis locis.	Ranunculus candidus, weisser hanenfüß.
Pratis sabulosis et montib' soli expositis.	Satyrium, officinis testis vulpinus aliqui trifolium, Germani, Stendelwurtz / officinæ non agnoscunt.
	Satyrium Erythronium siue Erithracion, siue rubrum.
	Satyrium Basilicum fœmina, alij palmam cristi Germani Creutzblümen.
Nemoribus.	Scordium vrsinum, Germani, waldknobloch.
	Saxifraga maior & alba, Germani, weissen steinbrech.

LOCVS Natalis.	MAIO, SOL in Geminis.
Incultis & pratis.	Sanguisorba maior & minor, germani, Trachenblüt kraut vocant.
Pratis amenis.	Tragopopus, siue barba hirci, duorum est generum, vnum floribus luteis quod nascitur. Alterum floribus purpureis, quod non nisi mense Iunio incipit florere. Colitur apud nos in hortis & fictilibus. primo anno cum seritur non floret, sed sequenti.
Campestribus & incultis.	Verbascum odoratum, Schlüsselblümen. Verbascum non odoratum.
Palustrib' & cãpis nascitur.	Vitex, quam vulgus agnũ castum appellat, duplex est, vna candida, quod videlicet florem candidum cum purpureo mixtum habeat, altera nigra, quæ tantum purpureum habet florem, Germani Schaffmullen.

LOCVS Natalis.	IVNIO, SOL in Cancro.
In hortis petrosis & riguis	ACanthus vel Acantha vera, quam Romani pederotam vocant, Germani, Welsch bern klaw/ officinis non agnoscitur, folia habet multò lactucaceis latiora & longiora, erucæ diuisura, nigricantia pinguia leuia, caulem binum cubitorum digitali crassitudine, florem album nascitur.
Incultis ac petrosis.	Acanthus syluestris, autor est Diosco. & Plinius, folijs spinosis, angustioribus tamen vero, longè distans à sphondilio syluestri.
	Anemonis quinq; obseruantur genera.
Collibus & sabulosis.	Primum prouenit folio coriandro simili, sed frequẽtioribus incisuris, lanuginosis caulibus, floribus syluestris papaueris magnitudine, senis circum distinctis folijs purpurascentibus, capitulo vmbilicotenus emergente, nigro colore, nigrisq; capillamentis stipato, perinde ac in papauere.
Aruis & segetib⁹.	Secundum folijs assurgit maioribus & frequentius lanciniatis, flores purpura dilutiore nitescentes.
	Tertium folijs crescit ranunculo primo æmulis, caulibus tenuibus, rotundis, in quorum cacumine flores albi, quinq; tantum folijs distincti rosarũ magnitudine.
Campestribus.	Quartum folijs lanciniatis floribus purpureis.
	Quintum folijs lanciniatis floribus aureis.
	Omnia hæc genera, Maio mense & principio Iunij florent: obseruandum præterea ne pro papauere erratico colligantur, quæ inter se longè differunt, ut testatur Diosco. qui diuersis capitibus de ijs scribit.
Pratis amœnis & vmbrosis.	Aquilegia Germanis, Agley/ non desunt qui pro specie chelidoniæ maioris ponunt, caulescit mense Iunio, numerosa caulium sobole gracili tamen ac tenui.
Inter segetes & prope sepes.	Aphace, germ. Wildt wicken/oder vogels wicken, folio germinat vitiæ maiore, crassioriq;, flore subrubeo, siliquis inde de pendentibus pisorum instar, nascitur.
Hortis colitur.	Aristolochia triplex, longa germ. osterlucey/ Rotunda, Germ. holwurtz, q̃ longè tamen differt à pistolochia Fuchsij, siue fumaria altera. Tertia est Aristolochia clematitis
Montib⁹	Asphodelus verus, vel hastula regia, folijs est maioris porri, caule leui, floribus albicantibus, numerosis in stellæ modũ sese pandentibus, officinæ nostrę carent, nascitur.

LOCVS Natalis.	IVNIO, SOL in Cancro.
Hortis colitur.	Althea, quam alij Ibiſcum vocant officinis bis malua. Germanis, Ibiſch/ oder heylwurtz/ in ſylueſtrium maluarum genere eſt, cui folia ut Cyclamino rotunda lanugine caneſcunt.
Hortis & campeſtribus.	Attriplex ex Dioſ. lib. 2. ca. 3. aliqui chryſolochanon vocant, germani molten. duo eius genera ſatiuum & ſylueſtre, vtrumq; olus cognitum.
Campeſtribus & ruderib⁹.	Burſa paſtoris, Germani, Hirtenſtab.
In ſepib⁹ ſcobium margine, nusq̃ tamen nos copioſiorem naſci vidimus quã Tubingę.	Bryonia & ampello leuie græcè, vitis alba latinè, feſcera arabicè vulgo noſtro, Stickwurtz / tota æſtate floreſcit, & in ſublime ita attollitur ut vniuerſos tegat, arbores ſcandit, et ſepes tanquam ſtragula veſtis exornet.
Circa oppida etin campeſtribus naſcitur,	Buhthalmon, quidã cachlon vocant, germani Rinß aug / caules emittit tenues mollesq; : folia fœniculi, luteum florem, anthemide maiorem oculi ſimilitudine, vnde nomen traxit, ex hac deſcriptione Dioſco: errant hi qui Bellem maiorem pro Bupthalmo ponunt, errant & officinæ, ſi cotulam non fœtidam pro eo rapiunt & colligunt.

LOCVS Natalis.	IVNIO, SOL in Cancro.
In obſcuris ſyluis & vallibus.	Barba capri Fuchſij, Germanicè, Wald geißbart.
Pratis humidis, & vmbroſis locis.	Biſtorta, germani, Natterwurtz/ quàm aliqui Britannicam herbam eſſe contendũt, duplex eſt, mas & fœmina, officinæ vtramque plantam ſerpentariam falſo appellãt, cũ ea ſit Dracunculus, Dioſ.
Aſperis & petroſis.	Chamœdrys græcis, alijs chamedrops, officinis chamedryos, genitiuo pro recto vtentibus, ut in Stochade, vulgò calamandrina, ex Dioſco. lib. 3. cap. 94. latinis Triſſago. Sunt qui eam Teucrion appellauere, propter ſimilitudinem quam ſeruat cum teucrio, Germani, klein Bathengel. Iunio & Iulio menſibus colligenda.
Iuxta ſepes.	Caryophyllata ſylueſtris, floribus luteis, vulgò Benedictwurtz.
Pratis.	Careum, ſiue Carum, Arabiſtis Caruum, Germ. Kumel.
Vineis naſcitur.	Cynogloſſum, latinis lingua canina, Germ. Hundtszung/ herba eſt caule vacans, lanuginoſa. nec eſt ea herba, è ſolo elata paſsim circa itinera, caule hiſpido, ſurculoſo, folijs hirſutis, arctis, prælongis flore ex purpura cæruleo, qui aliquibus piloſella maior dicitur.

Cyanus

LOCVS Natalis.	IVNIO, SOL in Cancro.
Inter frumentaceas segetes minor apparet.	Cyanus, alijs Baptisecula, duplex maior et minor. Germani, korn blůmen / Maio & Iunio mense, ad contexendas rusticarum puellarum coronas expetita est minor. Cyanus maior nascitur non procul ab Hala sueuorum in monte dicto, einkorn.
Copiosè nascitur in dumetis, & pratis siccis.	Campanula Fuchsij, Germani, halskraut / quod videlicet ad oris, ceruicis fauciumq; mala conferat dicta est.
Inter frumenta & segetes sponte prouenit	Chamæmelum, officinis Camomilla græcis anthemis, trium est generum flore tantum distantium, de quibus infra de floribus dicemus.
Herba nō nisi sata in germania nostra crescit.	Coronopus, Germ. Kräenfůß / dicitur & sanguinaria, officinis incognita herba est oblonga per terram strata, folijs incisis, radice gracili & adstringente.
	Est & Cornopus sylvestris herba, quę folia profert longa, angusta, per interualla corniculata, humi accubantia, & in stellę modum radiantia, caulem, spicam, florem & semen gerit, per omnia plantagini similia.
Nascitur in cultis.	Chamecyssus Diosco: folio est hederæ, tenuiore, longiore flore violæ albæ, simili gustu amaro supra modum,

LOCVS Natalis.	IVNIO, SOL in Cancro.
	ex qua descriptione apparet lōgè differre Chamecyssum ab Hedera terrestri, quàm quidam chamecyssum affirmant.
Montibus et collibus Maio & Iunio mense vberrima est.	Chamepitys, siue aiuga uel abiga, siue ibiga & iba ex b. mutatione, vulgo Iua arthetica. ex Dios. lib. 3. triplex est. omnes odorem pini redolent, ex Marcello piceę à quo chamepitys nomen deductum esse credunt, quasi parua picea, uel parua pinus. Quæ verò in officinis monstratur, vliginem potius resipit quàm pinum, vix amarescit, minusq; densa.
Agris macris.	Consolida regalis, Germ: Ritterspoꝛn / species chamomiiæ.
Asperis & incultis locis.	Echion, quod à viperis nomen omnino adinuenit, vel quod semen proferat capitibus viperinis simile, appellatur etiam ut autor est Nicander Alcibiacum. folia habet prælonga, aspera, aliquantum tenuia, anchusæ proxima minora tamen, subrubra & pinguia, spinulis tenuibus horridula, flores purpureos nascitur.
Hortis colitur.	Erucæ duæ species ex Dios. lib. 2. vna hortensis quæ floret tota æstate, colligenda ea Augusto, alia sylvestris maximè

LOCVS Natalis.	IVNIO, SOL in Cancro.
Campestribus et incultis nascitur.	ximè in Iberia quæ occidentem spectat, ea circa calendas Iunij potissimum erumpit, alio enim tempore vix reperitur.
Campestribus & mōtosis.	Eringeon, Germ. manstrew/ oder raddisteln / legitur cum sol est in cancro, nascitur copiosissimè iuxta arcem Lympurg prope Halam Sueuorum.
Hortis vbi Thymus, colitur, crescit.	Epithymum, flos est è Thymo duriore satureiæ simili capitula habet tenuia, & leuia, & in eis caudiculas quasi capillamenta. Colligitur eo tempore, quo thymum largè floret, quod accidit circa solstitium cancri.
In montibus & saxosis.	Filix mas, folia habet sine caule, sine flore, ex vno pediculo cubitali longitudine exeunt, multifida & lateribus pinnata sub graui odore Etsi Diosco. lib. 4. cap. 178. sine fructu scribit, constat tamen, semen ferre filicem, auersis folijs inhærens, sed minutum. colligitur planta Iunio, semen vero circa finem Iunij mensis, legitur autem abscisis, propè radicem folijs & in domo suspensis, substracto linteolo, aut papyro.

LOCVS Natalis.	IVNIO, SOL in Cancro.
Montibꝰ	Filix fœmina folijs est filicis surculosis, altioribusq; & quæ non singulari, ut illa, pediculo fulciatur: vtramq; plantam Germani, Waldfaren/ vocant.
Nascitur propè sepes & secus uia.	Galion, nomen ex eo traxit, quod in contrahendo lacte coaguli vicem impleat, germanis, vnser frawen wegstroß vocant, folium habet aparinæ simillimum, minus rem tamen.
Circa sepes ędificiorum, areas ac semitas vbiq;.	Galeopsis, græcis pariter ac latinis, quibusdam vrtica fœtida nominatur, longè distans à scrophularia maiore.
Nascitur in montibꝰ, copiosiorē nō vidi q̄ in mōte dicto Hewberg/ nō procul à Balinga.	Gentiana à Rege Illirico inuenta, cognitu facillima, folijs iuglandi, plantaginiue similibus, iuxta cacumen paulum dissectis, Germani, Enzian vocant. Sunt & aliæ species Gentianæ, inter quas Cruciata vna dicitur.
	Gnaphalium tormentosa planta & incana, quibusdam herba Sancti Christophori, vel filius ante patrem, alijs impia herba dicitur, Germanis, Khurkraut / folijs albis ramulis capitatis, rosmarini, ut scribitur, effigie.
	Genesta, falsò quibusdam spar-

	IVNIO, SOL in Cancro.	LOCVS Natalis.	IVNIO, SOL in Cancro.
		Pratis mõtoſis & ſaxoſis.	ſpartion appellatur, ad ſcopas obſequioſiſsima plurimis turget foliolis, floribus luteis, piſi modò lunatis, Germani, Geneſt.
		In riguis pratis & conuallibus	Gratiola quibuſdam gratia Dei folijs lini, vel Hyſſopi æmulis, latiuſculis, caule rotundo, anguloſo nonnunquam floribus oblongis, ex foliorum ſinu flaueſcentibus, aut purpuraſcentibus. Germani, vocant Firchkraut/ oder firch hyſſop.
		In vineis cultisq; locis ac ſemitib⁹ copioſiſſima.	Hedera terreſtris, longè ab Aſclepiade herba diſtans, longis tenuibusq; funiculis hedera illa in terra proſerpit, folijs violaceis, aſperis, grauiter odoratis, in ambitu diſciſsis, floribus in purpura albicantibus, Fuchſius Chamecisſum Dioſcoridis eſſe credit, Matthiolus negat.
		Paſsim iuxta itinera naſcitur.	Intybus latinè, Seris gręcè, ex Dioſ. lib. 2. cap. 125. diuiditur in ſylueſtre, picris & cichoriũ appellatũ, latinis aũt Ambubeia, officinæ Cichoream, Germani, Wegwarten vocant, hæc cũ Iunio incipit florere, in autumnum vſq; dnrat, ab eo tẽpore donec floret colligenda erit, altera ſylueſtris, Seris ſiue Intybus Hediopnois nominatur, latiore folio conſtat, quibuſdam

Dens

LOCVS Natalis.	IVNIO, SOL in Cancro.
Pratis spõte sua crescit.	Dens Leonis, quod folium sinuatim per lacinias denticulatum sit. officinis Taraxicon aut Altaraxicon, germanis, Rorlkraut/ oder pfaffen rörle. colligendum Iunio mense.
Hortis puenit culta.	Satiuus Intybus, quem priuatim, Plinio teste lib. 20. cap. 8. Serin nominarunt, in duas distinguitur species, vna latiore folio, quam vulgus Endiuam vocat, lactucæ similior, nostratibus mensis Iunio & Iulio mense, in acetarijs frequentissima, translata hæc, terraq́; sepius obruta cãdorem, teneritudinemq́; acquirit, & maiorem amaritudinis partem exuit. Altera angustiora folia habet, & subamara est, Germani Scariolam vocant.
Montibꝰ	Imperatoria, herba nomen ac quisiuit, propter ingentes facultates quas habet, contra nimirum morbos venenatos, folijs Sphondylio minoribus, solo accubantibus, robustis hirsutis ac asperis constat, in cacumine floribus candidis.
	Lapathum officinis, vel lapacium acutum, vulgò Rumex, græcis Oxylapathum. ex Dios. quadrifariam distribuitur, Galeno trifariam,

LOCVS Natalis.	IVNIO, SOL in Cancro.
In palustribꝰ & circa fossas. Hortis plãtatur.	primum palustre, Germanis, Wildtampffer / oder streiffwurtz. Alterum satiuum priori non dissimile, at minoribus folijs pluribusq; cauliculis, hoc genus creditur esse Rhabarbarum Monachorum.
In areis sepibꝰ & secꝰ vias.	Tertium genus syluestre est, paruum plantagini proximum humile & molle, germani, güten heinrich vocant, nascitur.
Partim seritur, partimin pratis atque incultis nascitur.	Quartum Oxalis vulgo acetosa dicitur, quia gratum acorem palato repręsentat, Germani, Sawerampffer / caule non magno semine rubente, subacuto, hanc Romani propriè appellarunt Rumicem, ad vsus medicos expetita forsitan, quod ab ea succus non aliter, atq; mamma (quam Rumen veteres dixerunt) sitientibus exugi soleat.
Nascitur in pratis & palustribus.	Limonium folia habet betæ, tenuiora & longiora, decem & sępè plura, caulem tenuem rectum lilio æqualem seminibus rubris scatentem, quæ gustata adstringunt Germani, Waldt mangolt/vocant.
Nascitur montibꝰ p̄sertim	Lunaria minor, germanis, klein monatkraut / planta est breuis, dodrantali ferè altitudine

LOCVS Natalis.	IVNIO, SOL in Cancro.
mõte Auſtriaco ꝓpè Tubingam.	dine caule conſtat ſimplici, rotundo, lento ac gracili, è cuius medio in latus exit ramuſculus, cui folia ſũt vtrinque ſeptem annexa, lunata, craſſa, firmaq;.
In ſegetibus & cultis agris.	Lolium, Germani Trepſe oder walchtrepſe / floret hoc menſe, Iulio ſemen profert & cum frumento colligitur, in mea patria vulgò Forcheim plurimum reperitur.
Naſcitur in cultis locis circaitinera & prata.	Lepidium ſiue Iberis, Naſturtium agreſte, Germanis, gauchblům / oder wilder freß / licet his nominibꝰ Fuchſio & Matthiolo, res eadem ſignificetur, quod & Damocrates lepidium, Iberim appellauit, Gal. lib. 19. cap. med. loc. teſte, attamen Appollinari Vercellenſi medico, ſanè doctiſſimo, plantæ, diuerſæ ſunt.
Hortis plãtatur.	Lepidum piperitis, Germani, pfefferkraut.
Naſcitur in aſperis & editis locis.	Lithoſpermon, officinis milium ſolis vel ſoler. ex Dioſco. lib. 3. cap. 141. à ſeminis duritie nomen accepit, folijs eſt oleæ longioribus, Germani Meerhirſch & Steinſamen vocant, officinæ maius & minus oſtendunt, Iunio & Iulio menſe ſemine turgent.
	Lyſimachia, quibuſdam Corneola, alijs ſalicaria dici

LOCVS Natalis.	IVNIO, SOL in Cancro.
Pratis humidis iuxta alueorũ margines, & montibꝰ ſaxoſis reperitur	tur, duum eſt generum, alterum flore luteo, Germani, gelb wederich / caule iunceo, longo, nodoſo, folijs ſaliginis, ut plurimum ternis, guſtu valdè adſtringentibus,
In paluſtribus & locis humidis.	alterum flore purpureo Germani, braun wederich / hactenus nobis incognita, quam verò officinæ pro Lyſimachia oſtendunt, vera Dioſcoridis non eſt, ut ex guſtu apparet quæ non adſtringit, ſed potius illegittima Lyſimachia.
Montibꝰ & hortis plãtatur.	Laſerpitium germanicum. Germani, Maiſterwurtz / alijs Magiſtrantia, Iunio menſe florida eſt.
	Laſerpitium verum Dioſcoridis naſcitur in Syria Armenia, Media & Lybia. Caule ferulaceo, quem Maſpetũ vocant, folijs apio ſimilibus lato ſemine.
Syluis ſabuloſis et in vijs locis ꝓſertim inter muſcoſos lapides.	Muſcus terreſtris, Germani, moſig / vocant, planta eſt longis viticulis, vbiq; & oblongis, foliolis numeroſiſſimis veſtita.
Hortis plãtatur.	Meliſſa quam meliſſophyllon ſiue melitena, id eſt, apiaſtrum vocant, voce dãnata ab Hermolao ſecundo ſui corollarij cap. 310. etſi ab Ignio viro eruditiſſimo inuecta,

LOCVS Natalis.	IVNIO, SOL in Cancro.
	uecta, Dioscoridi ac Varroni vsitata alijs citrago siue citraria ab odore citri, de qua Diosco. lib. 3. cap. 99. est porrò duorum generum, vnum luteum, alterum purpureum, Iunio & Iulio colligenda.
	Melilotus, siue sertula cãpana, alijs Regia corona, Germanis, **vnser frawen schůlein**/ in tria fastigia diuiditur.
Hortis in Germania, plantari cepit	Primum verum Melilotum, simile fœnu græco est, folio raro, flore luteo, odoris eiusdem cuius & herba, nempè suauis.
	Secundum aspectu cano croci odore ac flore pinguissimis ac breuissimis folijs, Plin. teste lib. 21. cap. 9.
	Tertium ab radice fruticosum, cubitale, flagellis exilibus, coma trifolij minuta, ac lente fimbriata, flosculo melino, odoris eiusdem cui9 & herba, nempè suauis omnia eiusmodi genera meliloti in fine Mẽsis Iunij & Iulio dũ florent colligenda sunt.
Pratis & aridis locis.	Melilotum syluestre, quod accedit ferè ad formam genestellæ, Germani, **vnser frawen schůlein.**
	Nymphea, officinis Nenuphar, folijs fabæ ægyptiæ. Est & altera Nymphea cuius

LOCVS Natalis.	IVNIO, SOL in Cancro.
Paludib9 & stagnãtibus aquis.	flos blephara dicitur, folijs antedictæ radice alba, scabra, flore luteo, nitente, rosæ simili, nobis in pallidam flore cãdido, lilio simili radice nigra aspera, clauæ figura. & croceam offi. citrinam diuiditur, flore luteo, splendẽte rosæ simili, radice alba aspera. quæ candida est radice potentior existimatur.
Colitur.	Orminũ, satiuum, Germani, **garten scharlach** / herba est folijs marrubio similis, caule semicubitali, quadrangulo circa, quem eminentiæ siliquis similes prodeunt, quæ ad radicem spectant, hæc planta plurimũ distat à Gallitrico, uel centro galli, alijs sclarea.
Pratis & sponte nascitur.	Orminnũ syluestre, **wilder scharlach**/ vulgò dicitur, folio est saluiæ fere simili, gallitrico passim vocato haud longè absimile.
Pratis.	Plantago maior, **Breyte wegerich.**
Humidis	Plantago minor, **spitzig wegerich.**
Lacunis.	Plantago aquatica folijs est cæteris crassiore robustioreq; ac leuiore, ex lata origine in acutum desinente, lanceę cuspidis modo flosculis, cãdidis, græci Alisma vocãt, Germ. **wasser wegerich.**

LOCVS Natalis.	IVNIO, SOL in Cancro.
Hortis colitur.	Paænia, siue glycyside ex Dios. lib. 3. cap. 134. græcis aliquibus penthoron dicitur, sunt qui Idæas dactylos radicem paconiæ vocent, duplex est, mas & fœmina, Germa: gichkraut.
Aquosis.	Pentaphyllon, maius candidum, weiß gras fünffinger kraut.
Incultis.	Pentaphyllon maius luteū, gelb fünffinger kraut.
Aridis locis.	Pentaphyllon minus.
In segetibus cāpis et macerijs.	Papauer: ex Diosco. lib. 4. cap. 54. aliud est erraticum, quod rhæada vocant, recentes papauer rubrum, flore protinus deciduo puniceo, interdum albo oblongo capite, pueri eiusmodi folijs concauo pugno impositis ludunt, altera palma incussa, strepitum edunt, Germani korn rosen vocant.
	Aliud papauer satiuum est, quod Thilacitem vocant semine est candido. colligendum id Augusto mense.
Hortis.	Parthenium, de quo Diosco. lib. 3. cap. 132. aliqui amaracon vocant, vulgo matricaria' Germani, Mertram/ estq: hoc parthenium.
Campestribus & segetibꝰ.	Domesticum siue hortense: alterum est campestre, quod Germani, wild kamiln vocant, oder krotten dill.

LOCVS Natalis.	IVNIO, SOL in Cancro.
In pratis asperisq; & saxosis.	Philipendula, à tuberosis radiculis, quasi ex filo pendentibus, græcis ænanthe, Germanis, Steinbrech. folijs staphilini, floribus candidis.
Petrosis & aridis locis.	Pilosella maior, Germani, Nagelkraut, herba est è solo elata, caule interdum cubitali, hispido, surculoso folijs arctis, prælongis, hirsutis, non venosis mollibus, hanc herbam officinæ magno errore, pro cynoglosso vero vsurparunt.
Aridis.	Pilosella minor Germani, Meuß ōrle/oder hasen pfedle/ differt tamen ab auricula muris, quam Germani, Hünerderm vocant.
Hortis fimosis.	Pes anserinus, à Domino Fuchsio præceptore meo obseruantissimo herba sic dicta, quod folia planè formā anserini pedis habeant, vulgò Gens füß.
Hortis et sepibus colitur.	Periclymenon vulgo mater sylua, quibusdam caprifolio, siue vincibosco, aut lilium interspinas, Germani, Wald lilien/cuius fructus poma equina vocantur.
Montibꝰ vmbrosis.	Pyrola. Germani, Wintergrün / folia pyri arboris instar habet.
Seritur in Italia & Ger-	Rubia tinctorum officinis, græcè Erithrodanum, radix rubra est, qua tingūtur lanæ,

 vna

LOCVS Natalis.	IVNIO, SOL in Cancro.
mania quibusdā locis.	vna est satiua, Germ : Garten rót/altera syluestris, alias stellaria dicta, nec est pediculus Lupinus vulgi) folijs & caulibus asperis ac rudibus, hæc
Vmbrosis & sepibus.	& Alchymilla aut pes Leonis dicitur, folijs oc tangulis maluam penè referentibus, circum serratis, flosculis stellacis. Iunio dum florescit colligenda.
Incultis & aridis. seritur.	Sanguisorba maior & minor, Drachenblůr kraut.
	Spinachia, folio triangulari, Germ: Binetsch.
In vinetis ruribus viridarijs vtraque genera familiaria.	Sonchus, vulgo cicerbita, aut rostrum porcinum, siue crispium, ex Dios. triplex est, lib. 2. cap. 123. quidam syluestrior & spinis magis horrens, Germ. Genß distel. alter tenerior sonchus arboris instar latis constans folijs, caulem in ramos exeuntem folia distinguunt. Tertium arborescit non multis est cognitum : alij in candidum & nigrum, alij edendo, alij nō edendo, alij in asperam, alij in leuem, esse dixerunt, eadem rei diuisione & significatione.
Pratis.	Satyrium trifolium verum, siue testiculus vulpis, vulgo Stendelwurtz / trifolium nomen habet propter tria folia. Satyrion autem,

LOCVS Natalis.	IVNIO, SOL in Cancro.
	quod Dij colludentes, Nymphis ad firmiorem venerem hanc herbam inuenerunt.
Pratis vliginosis.	Sphondilium folijs quadantenus platani, at panacis caule fœniculato.
Pratis affatim luxurat.	Satyrium Basilicum mas, Germani, kreutzblůmen das mendle.
Pratis sabulosis.	Satyricum basilicum fœmina, kreützblůmen das weyble.
	Scabiosa maior & minor, Germani, apostem kraut. vtraque planta nota. veteribus indicta Maio & Iunio ad Octobrim usq; florescit. Est & pseudoscabiosa legitimæ adeo persimilis ut primo intuitu peritissimos etiam fallat, verùm crassior tota est, nec amarescit, nec adeo hirsuta, plures alias species scabiosæ ostendit. D. Fuchsius in postrema editione.
In petris et asperis locis nascitur.	Saxifraga, quam Romani sic vocant, ex Diosco. lib. 4. cap. 15. Saxiphagon, alij Sarxiphagon, quidam empetron vocant, Germ : stainbrech : herba epithymo similis, hactenus Medicis nondum est cognita, quam enim autores ostendunt, figura Epithymi non respondet, pro ea itaq; uti licet, vel pimpinella hircina, vel tormentilla, aut

LOCVS Natalis.	IVNIO, SOL in Cancro.
	la, aut herba S. Petri sic dicta, alij vtuntur radice raphani, vel nasturtij, aut raphani semine, siue aspleno, aut filipendula rubea. donec uera sese offerat.
Pratis & aridis locis.	Serpillum duorum generum est. Dios. lib. 3. cap. 37. hortense odore iamsucum imitatur, atq; in coronas addi solet, legendum Iulio & Augusto mense, alterum est syluestre zigis appellatum, Germani, Feldt quendel vocant. floret ferè tota æstate, legendum itaq; dum floret.
Syluis & aquosis.	Stellaria, quam Fuchsius aliquando Leonis pedem vocauit, Germa: Synaw oder Leontroppen / folijs octangulis, quam supra pro Rubia tinctorum syluestri posuimus.
Syluis.	Sanicula mas & fœmina, Germani, Sanickeln vocant, mas folia habet vitis simillima, cum rubentibus maculis, fœmina, eiusmodi maculis caret.
Campestrib⁹ & incultis.	Scarlea folijs hormino quadruplo maioribus & latioribus, subasperis crispis, humi accubantibus caule sesquicubitali, & quandoq; maiore hirsuto firmo quadranguloq;, à cuius medio plures oriuntur rami, in qui-

LOCVS Natalis.	IVNIO, SOL in Cancro.
	bus spicati exeunt flores ex purpura albicantes. Etsi inquam Horminum non sit, posset tamen quis pro odorato Hormino vti Mathiolo placet, cōmodè uti.
Integulis secusque parietes.	Semperuiuum siue sedum ex Dios. lib. 4. cap. 77. triplex est. Primum sedum maius, quibusdam Barba Iouis (quæ Alcudem ex Plinio) dicitur, Germani, groß haußwurtz vocant.
In Macerijs petris parietiqusq;	Minus vulgo vermiculare, Germani, klein haußwurtz / quibusdam crassula minor, distinguitur in marem & fœminam. Mas florem gerit croceum, Maio & Iunio mēsibus. Fœmina albo flore spectatur.
Parietib⁹	Tertium sedum gustu acerrimum est. omnia hæc genera donec florent colligenda sunt præcipuè Iunio & Iulio mensibus.
Aridis et sabulosis	Spartion, falso quibusdam Genesta vocatur, Germani, pfrimen / colligitur circa Idus Iunij, frutex est sine folijs, & floribus constat albæ violæ similibus.
In aquis citato lapsu repētibus.	Sion, Lauer & anagallis, aquatica latinis dicitur, officinis herba ignota, Germani, Wasserpungen / Bachpungen.

LOCVS Natalis.	IVNIO, SOL in Cancro.
Pratis amenis.	Trifolium odoratum, wolriechender klee. Trifolium pratense flori bus, tam albis quàm purpureis Germ: wisen klee.
Colitur apudnos in fictilibus & hortis.	Tragopus, siue barba hirci, floribus purpureis, Germ: bocksbart / officinis plerisq; incognita herba. Primò illam vidimus in horto illustrissimi comitis Ludouici Casimiri, de Hohenloe, pij defuncti.
Inamenis & incultis agris.	Tussilago latinis, βήχιον græcè, vel Chamæleuce ex Myrepso, officinis farfara, siue vngula caballina, flores Martio mense apud nos apparent, folia & radix vltra æstatem licet durant, colligimus tamen circa tropicum cancri.
Aridis & siccis locis.	Tormentilla, Heptaphyllon, vocata à septenis foliorum diuisuris, in quinq; folij specie reponitur.
In fosis & iuxta sapes.	Thlaspi alijs capsella, siue scandulaceum, vulgò sinapis syluatica, duorum est generum, latifolium, & angusti folium, Germani, Bawernsenfft / vocant præsertim prius, posterius autem Besemkraut / quod scoparum vices suppleat.
	Veronica, Germani, Ehrenpreyß / recentioribus simpli-
LOCVS Natalis.	IVNIO, SOL in Cancro.
Asperis & incultis.	ciarijs duplex, Mas proserpens, & si caule sit dodrantali, subrubro hirsutis folijs longiusculis, cum lanugine ad nigrum inclinantibus, floribus purpurascentibus. Fœmina folijs rotundis lanuginoso, similiter caule flore melino ad purpuram vergente. Iunio mense colligenda vtraq;.
Seruntur	Viciæ germinant, folio minore quam aphace, & tenuiore quoq; caule, Germani, wicken vocant, flore in purpuram rubescente.

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.
Hortis. Montib'	Asparagus officinis sparagus, Germanis, spargen, duplex hortensis & spōtaneus, solonatali differentes, syluestrem alij Corrudam, Attici Orminum appellant, cuius meminit Diosco. lib. 2. cap. 117. quanq̃ & de altili verba fecisse constat.
Hortis vbiq; colitur.	Apium hortense, eruditorum ferè omnium consensu vulgare est petroselinum, idque probant ex Plinio lib. 20. cap. 11. & Gal. lib. 2. alim. facul. cap. 52.
Palustribus locis gaudet.	Apium palustre & rusticũ latinis, Eleoselinon Dioscoridi, Germanis wasser epff/oder epich/ alij paludapium, quod apud aquæ ductus & in palustribus p̃ueniat, folio raro, nec hirsuto consistit, sed simile quodammodo Apio est, odore, sapore, figuraq́;, q̃d & officinæ hactenus, pro vero apio vsurparunt, sed malè.
Hortis, locisq; humectis pinguinibusq; gaudēs.	Alcæa, latinis Ibiscus, vulgò maluauisco, aut bonauisco, siue bis malua, constat folio maluæ, maiori tamen, pilosioreq;, caule molli flore melino, fructu maluæ, radice neruosa albaq;, gustu maluæ, caulibus proxima, Iulio & Augusto colligenda.

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.
Campestribus & hortis.	Alcęa syluestrium maluarũ generi assignata, quibusdam herba Simeonis, Germani, Sigmarskraut.
Asperis sabulosis siccis & conuallibus.	Amarantus, Helicrisus, siue luteus, Germ. floramor oď tausentschön/Iulio floret, quo tempore & colligendus.
Vmbrosis parietibus.	Adiantum, cuius duo genera ex Theoph. 7. de histo. plant. cap. 13. candidum videlicet & nigrum ex Diosc. lib. 4. cap. 120. adianthon, sine adiectione polytrichon vocatur, nigro colore nitens: officinæ adiantum, capillum Veneris, polytrichon. callitrichon diuersis nominibus, distinctas esse plantas putãt, cum tamen in vnum coincidant, idemq; denotent. Dios. in Adianthum, quod plinius candidũ, alijs polytrichon, quidam capillum Veneris distinguunt, & Trichomanen, quod Plinius nigrum vocat, Germani candidum, vocant Jungkfraw har/ Nigrum autem Steinbrech.
In Ponto & Cappadocia.	Absintheum, quibusdam Batypricon. Germani Wermůth/ sunt verò tria præcipuè genera, ponticum, Marinum, quod alio nomine Seriphium vocant, est & tertium

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.
In ſantonia Gallia.	tertium quod Santonicum, à regione in qua naſcitur, vocatur optimum eſt Pōticum ob maiorem adſtringendi vim.
Iuxta ſepes paſſim naſcitur.	Eſt & vulgare abſinthium noſtrum, Matthiolus à Pontico alio diſcrimine differre non cenſuit, quàm quod proprio clymatis munere, noſtrate minus eſt, adſtrictorium autem magis: In fine Iulij menſis legendum.
Campeſtribus & læto ſolo naſcūtur	Anchuſa, quam rurales Bugloſſum ſylueſtre vocant, alijs Calyx aut Onoclea, Germanis, rot ochſenzungen appellatur, æſtate florida. Matthiolus aliquot ſpecies oſtendit.
Hortis ſeritur & ſpontè fœniculi modò ꝓuenit.	Anethum Dioſcoridis, folio & flore vſq; adeo fœniculi æmulo, ut oculis illuſis, guſtu atq; odoratu internoſcatur, ſemine tamen minore, in fine menſis Iulij colligendum.
Hortis familiariſſimum, cāpeſtribus & ſabuloſis.	Bugloſſum ex Dioſcoridis hiſtoria lib. 4. cap. 112. nihil aliud eſt quàm vulgaris & hortenſis borago, Germanis, Borretſch / à boum linguis, quas folia eius imitantur lingua bubula vocitata, longitudine, aſperitate, latitudineuè. Iulio menſe colligitur.

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.
	Bugloſſum vulgare folio eſt boragine longiore, hirſuto aſpero, minutiſsimis aculeis ſcatente, flores edit purpureos Boragine minores. huius ſpecies aliquot obſeruantur, vnum hortenſe, & duo ſylueſtria.
Hortis colitur.	Botris, Germanis, Trauben kraut. Botrys à ſemine q̄d racematim ramulis ad naſcitur. Amathus Botrym ac Arthemiſiam vnicaulem, vnam & eandem plantam eſſe exiſtimat, Apollo Franciſcus negat.
Campeſtribus.	Blattearia, paſsim hæc naſcitur folijs oblongis ꝑ ambitum ſerratis, floribus luteis, & ſimilis eſt Verbaſco, quæ ſæpe fallit pro ea capta.
In Aruis & montibus.	Cnicus officinis Carthamus, vulgo crocus Saracenicus, duo genera ex Theophraſto notantur, 6. de hiſtoria plant. cap. 4. ſylueſtre nimirum & vrbanum. Sylueſtre duplex, vnum mitius, & Cnico ſatiuo ſimilius, hoc propriè græci Attractylida, latini verò fuſum agreſtem, aut colum ruſticam, nominarunt, hæc Attractylis Auguſto menſe legenda.
Hortis paſsim colitur.	alterum ſylueſtre genus denſum eſt, cauleſq; ſoncheos profert, quod officinis omnibus &

LOCVS Natalis.

IVLIO, SOL in Leone.

& vulgo Cardo benedictus nuncupatur, Germani, Gesegneter distel/ oder Bornwurtz. In fine Iulij mensis maturum, nisi quod eius semen Augusto ad maturitatem peruenit.

Inter linum & Epithymum crescit.

Cassutha vel cuscuta, germani, flachs seyden/filtzkraut/ herba est in modum capillamenti, spinis ac plantis inuoluta, sine folijs, paruo tamen ac albo flore.

Humidis circa fluentia.

Centum morbia, sine numularia. Germanis. pfennigkraut.

Inglabretis montium, & in syluis prouenit.

Chamæleon albus, Germani, Eberwurtz vocant, folia habet silybo, aut scolymo similia, asperiora acutiora, nigroq; chameleone validiora, caulem non promit, verùm ex medio spinas echini marini, aut Cinaræ modò erigit, flores purpureos. Iulio & Augusto mense colligenda.

In cãpestribus siccis & cliuosis tractibus & maritimis.

Chameleon niger, Germani schwartz Garten distel / folio ferè scolymo similis, minora tamẽ, tenuioraq; ac rubro distincta videntur, caule dodrantali, in vmbella flores spinosos, versicolores, hyacinthi æmulos.

Hortis colitur.

Coluthea, siue colythea, Germani, Welsch linsen. arbos est magnitudine præstãs, folio non absimili fænu græco, ut testatur Theoph. lib. 3. de hist. plant. cap. 17. cultam aliquoties vidimus in horto Illustrissimi comitis Ludouici Casimiri de Hohenloe, principio Iulij ad maturitatem peruenit.

LOCVS Natalis.

IVLIO, SOL in Leone.

Scrobiũ aggerib⁹ & secus vias.

Chondrylla, quam aliqui cichorion, alij serin appellant, ex Dios. lib. 2. cap. 25. caulem flores & folia cichorio similia habet, verùm tenuior tota est, Germani, vocant klein sonnen wirbele /

Nascitur in lætis & cultis.

aliud Chondrillæ genus habetur, folium ferens longum circumrosum humi sparsum, caulem succo madentem lacteo, radice tenui rotunda, leui, vegeta flauescente. Germ. hasenstrauch.

Secus vias semitasq; cãpestres agrorũ & fossarum margines.

Calamintha, officinis calamenthum, ex Dios. lib. 3. cap. 24. quædam montibus familiaris, altera pulegio similis est, Nepeta à latinis vocitata. Tertia menthastro cognata, huius omne genus à latinis Nepeta confusè appellatur: officinæ nostræ vtuntur, tertio genere mentastro propinquo. vbi verò vtriusq; scribitur, herbam gattariam secundam speciem addunt.

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.
Solo inculto naſcitur: & circa piſcinas ſtagna, aquarum ſcatebras & labra eorũ exurgunt.	Calamintha aquatica alijs ſiſymbrium, officinis Balſamita dicitur, German. Bachmüntz/eſt & ſiſymbrium Cardamine officinis, Naſturtiũ aquaticum, Germani Brunna freß/ colliguntur Iulio & Auguſto menſibus, hæ & aliæ ſpecies ſyſimbrij.
Prope vrbium & oppidorum mœnia.	Cicuta latinis & officinis, Conion græcè, Germanis, ſchirling oder wütterich, vulgaris notitiæ eſt planta, Iulio flores & ſemen profert, quo tempore legenda.
Montibꝰ et incultis.	Cruciata à D. Fuchſio ſic appellata, quod eius radix in modum crucis transfoſſa ſit Germani, Creützwurtz/ vocant, hæc magnam cognationem cum gentiana habet.
Montibꝰ vmbroſis & ſaxoſis locis.	Digitalis Fuchſij, Germani fingerhût / duum eſt generum, vnum floribus purpureis, alterum, floribus luteis, vtraq; genera vidimus florere in ſylua nõ procul à Thermis cellenſibus menſe Iulio, quo tempore colligenda ſunt.
Petroſis et apricis locis.	Daucus ex Dioſ.lib.3.cap 67.aliqui Daucium vocant: triplex eſt creticum folijs fœniculo ſimile, Germani, Berwurtz/aut Bermûtter/aliud genus ſylueſtri apio ſimile, Germani, weiß hirtzwurtz/

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.
Altis mõtibꝰ, inuenimus non procul ab Hala Sueuorum.	Tertiũ aſsignatur genus folijs Coriandri, Germanis, ſchwartz hirtzwurtz/ probatiſſimum creticum:idq; in myropolijs omnibus, vulgatæ ſylueſtris paſtinacæ nomine, Dauci omnis vſum obtinuit, idem tamen non ſunt Daucum & paſtinaca ſylueſtris.
Cretæ Inſulæ herba hæc propria eſt.	Dictamnum cretenſe aliquibus ſylueſtre pulegium, leuis pulegio ſimilis, ſed maioribus folijs, quæ tomento quodam, ſpiſſaq; lanugine pubeſcunt. Dioſ. metit æſtate & autumno. vſus foliorum, non ramorum nec fructus. Eſt & pſeudodictamnũ, de quibus lege Dioſco.lib.3. cap.32.
Humidis iuxta riuos aquarum & fontes.	Dipſacus, alijs Galedragon ſiue labrum Veneris de quo Dioſ. lib.3.cap.12, Germanis karten diſtel / duum eſt generum, vnum ſatiuum, q̊d a vllonibus in hortis plantatur. Germ. Weberkarten/alterum ſponte paſsim naſcitur, floribus purpureis, Iunio & Iulio potiſsimum carpitur.
	Dracunculus maior & minor: maior habet caulem rectum læuem, duum cubitorum, baculi craſsitudine, verſicoloribus draconum maculis, purpureis tamen euincentibus folia rumicis ſibi inui-

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.
Nascitur in sepibꝰ vmbrosis vterq;	inuicem implicita: minor folio constat hæderaceo, magno, candidis notis insigni caule recto bicubitali, versicolore, maculis resperso purpureis, ita ut anguem planè referat. Colligitur vtraque messis tempore, ex quibus succus exprimitur.
Hortis ut etiã vmbrosis locis prouenit.	Enula campana vulgo, alijs Helenium, duplex ex Dioscor. lib.1.cap.26. vna habet folia verbasci angustioris folij, asperiora, oblonga. altera ægyptia quæ nobis incognita est. Germani Enulam vocant alat wurtz.
Circa vineta scrobiũq; margines, locis etiam mõtosis copiosissima.	Eupatorium, ex Diosc. lib. 4.cap.33. fruticosa herba est, Germani, Odermenig / Italis Agrimonia.
Campestribus.	Est & Eupatorium vulgare, quo hactenus officinæ pro Dioscoridis Eupatorio vsurparunt, verùm haud rectè, estq; meo iudicio Ageratum, potius Dioscoridis, quamuis à nobis dissentia Andreas Marinus, ut de eo latius in libro, de delectu purgãtium medicamentorum nostro, supra Mesuem scripsimus.
In macerijs circa oppida.	Erigeron siue Senecion, Germanis grindt kraut / folijs continuis per extremitates erucæ modo dissectis, sed mi-

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.
Campestribus inculto solo.	noribus multò, luteis floribus. Est & Erigeron maius, à quibusdam flos Sancti Iacobi dictus. floret Iulio & Augusto mensibus.
In riguis et scrobibus.	Equisetum, officinis cauda equina duplex est ex Dioscor.lib.4.ca.42. vna longior, asprella vulgò dicta, aspera sanè, ad tergenda vasa vsitatissima, altera breuior, huic negotio minus apta.
Iuxta vrbes rudera hortosq; nascitur.	Erysimon latini Irionem vocant, Germani Hederich oder wilden senfft / vulgò rapistrum, folijs erucæ syluestris. per integram æstatem floret, legendum in fine mẽsis & principio Augusti.
Nascitur sepibus, parietibꝰ et vinetis.	Elxine, officinis parietaria, Germanis tag vnd nacht / oder S. Peters kraut / in fine Iulij mensis colligenda.
Seritur aliquãdo spõte inter segetes nascitur.	Eruum latinè, Orobum græcè ex Diosc.lib.2.cap.91 angusto folio, tenuis, semen in valuulis habens, hodie ab officinis nõ cognoscitur, olim erat vulgaris hæc planta in boum saginã, quidam cicerculam. Galeno Lathyrum, alij eruiolam, nonnulli vitiam, plures semen quoddam ab Alexandria allatum vitiæ simile putarunt, quidam lolium, alij alia

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.
	ſomniarunt. Eſt porrò aliud ſatiuum quod album dicitur, alterum ſylueſtre, idque ruffum, Iulio menſe maturum.
Hortis ſeritur.	Fœniculus latinè, græcè μάραθρον, Germanicè, Fenchel / colligitur caule turgeſcente, ſaliua vitali, Iulio præſertim menſe.
Campeſtribus.	Geranium ſextum, cuius flores ſint purpurei, radix intrinſecus, & extrinſecus ruffa, Germanis, Storch ſchnabel.
Gignitur incultis & aſperis locis.	Hypericum vulgò perforata, alijs herba S. Iohannis, Iunio & Iulio menſibus aureis floribus ornata, ex Dioſ. alij androſemon, alij cachrion, alij chamepitim appellant.
Inter ruinas antiquis muribus	Hyoſciamus ſiue Apollinaris herba, quibuſdam Altercus, officinis barbarè Iusquiamus, ut & pleraq; alia nomina, ignorantia græci & latini ſermonis corrumpũt. ex Dioſ.lib. 4. cap. 59. trium eſt differentiarum, primum floribus purpureis ferè, ſemine nigro, alterum ſemen ſubflauum flore luteo. tertium genus, quod in vſum medicum venit, pingue lanuginoſum molle, candidi

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.
	floris ſeminisq;, eſtq; hoc mitiſsimum.
Hortis et fictilibus	Hyſſopus, duum eſt generum montanum et hortenſe, Germani Iſpen/ floret Iulio & Auguſto menſibus, quo tempore etiam colligenda.
In hortis iucundũ ſpica & lauanda ſpirant odorem.	Lauandula, alij Lauanda, etſi ſub genere Nardi reponitur, longè tamen diſtat viribus à ſpica, ſiue Nardo celtica, Romana etiã dicta, quã Germani Spicanardi vocãt, ea enim iucundi odoris, eſt radice numeroſa, cohærens, plena, nec fragilis eſt. Lauendula autem grauis eſt odoris, balneis & lauacris expetita, floribus potiſsimum, ramis, folijs, cauli, & radicibus nullus vſus, folio eſt craſsiore robuſtiore, colore in cano, floſculis cærulæis vel purpureis, ideo hæc pſeudo nardus dicta eſt.
Hortis et agris cultis.	Lactucarum, variæ ſunt ſpecies ex Theophraſt. 7. de hiſt.plant.cap.4. varijs etiam nominibus inſignitæ, alia enim criſpa, rotunda, quæ Iulio & Auguſto menſibus magnam habet gratiam, tam in acetarijs, quam in ferculis. Alia eſt capitata à folijs ſuis, quæ vbi à terra parum attolluntur, mali cuiuſdam

dam

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.
	dam speciem rotundam obtinent, instar Brassicæ capitatæ, Germani, grosser lattich oder weisser lattich / & hæc Iulio mense floret & semen profert.
In aruis & vinearum hortorumq; macerijs nascitur.	Lactuca syluestris, germani, wilder lattich / spinulis inhorrescit, folijs laciniatim serratis, & per oras aculeatis, hæcq; non citra errorem, pro officinarum endiuia vsurpatur, succo enim acri ac medicato abundat.
Montibus asperis et incultis.	Lonchitis prima, ex Diosc. lib. 3. cap. 144. folia habet porri latiora, rubentia, plurima ad radicem circumfracta, veluti in terram procumbentia, pauca in caule, in quo flores ceu galericuli, &c.
Syluis ac mõtosis locis.	Lonchitis altera, quam alij asperam lonchitin appellant, folia scolopendrij emittit, sed asperiora maioraq;, ac multò magis diuisa. hanc primò mihi ostendit doctus adolescens Ioannes Heschius, medicinæ ac reiherbariæ studiosus Tubingæ, quam ex Martiana sylua secum attulerat.
Campestribus.	Linaria officinis, Osyris græcis, Flachskraut oder harnkraut Germanis, Iulio, Augusto & Septembri mensibus floret.

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.
Saxis & aspergiosis petris adhæret ut muscus.	Lichen, græcis pariter atq; latinis, Hepatica officinis, Germanis, stein oder braunn leberkraut / aliquibus Bryon appellatur. Iulio mense ea est decerpenda.
Incultis asperis et editis locis.	Lithospermon, officinæ Milium solis, aliquibus Milium soler, à loco quo nascitur rectius denominatur, Lithospermon à seminis duriciæ nomen accepit. Est & aliud milium solis minus à seplasiarijs appellatũ, quod pro iuero Lithospermo non erit vtendum.
In segetibus.	Lagopus, Germani, hasenfüß / oder hasen pfödle / nascitur.
In campestribus cultis vinetisq;.	Mercurialis ex Dios. lib. 4. ca. 169. Linozostis, quibusdã parthenion, alijs hermisbotanion appellatur, eo quod à Mercurio inuenta sit, creditur, est autem duplex mas & fœmina. In fine Iulij colligenda, aut principio Augusti.
Nascitur propè ædificia, ruinas & rudera.	Marrubium, cuius duo genera Theophrast. 6. de hist. plant. cap. 11. cõstituit, aliud folio herbido, serratiori, incisurisq; profundioribus, alterum rotundius, squalensq; vehementer, incisuras habẽs obscuriores, minusq; serratum, estq; hoc aliud nihil,

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.
	quam Ballote siue Marrubiũ nigrum Dioscoridis quod Germani schwartzen andorn vocant, alterum verò Marrubium candidum, Germ: weissen andorn / colliguntur Iulio potisſimum mēse ambo genera.
Colitur fictilibus & viridarijs.	Maiorana vulgò. Sampsucus & Amaracus græcis, eximia odoris gratia supra ædium fenestras in atrijs, cænaculis, ac viridarijs passim colitur, perpetua uiret coma, à frigoris inclementia asseruata, per terram non repit, etsi ita statuat Dioscorides, colligitur circa finem Iulij mensis, & principio Augusti.
	Malua ex Diosc. lib. 2. cap. 110. duplex est. satiua, esui longè aptior & syluestris, Germani pappeln vocant, quæ in fine Iulij mensis & Augusti principio colligendæ, quo tempore etiam florent.
Hortis colitur,	Malua arborea, quibusdam Romana appellata, eaque Coburgi in horto Decani, ac alibi arboris instar visitur, dicitur enim arborescere, mensibus senis aut septenis. Ætius dendramalachen, Galenus anadendro-

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.
	malachen vocat, 14. metho. floribus quàm maximè Iunio & Iulio abundat.
	Melanthium, quæ & Githon. officin. Nigella, quod à semine nomen nactum est, dicitur. duum est generum, Satiuum & syluestre. Satiuum exilibus surculis fruticat, sæpe binos dodrantes excedens, folijs ut senetionis minutis, sed multò tenuioribus capitulo in cacumine tenui paruo, ceu papaueris, oblongo intercursantibus intus membranis. Fuchsius tria hortensia ostendit, quorum duo habent semina nigra, vnum Germani schwartz kömich / alterum, schwartz Coriander vocant. tertium Melanthium citrinum, quod semen eius sit subflauum.
In aruis sponte nascitur.	Syluestre Melanthium, Germani wild schwartz Coriander/quod Fuchsio videtur potius esse tertium genus Cumini syluestris, Matthiolus duo syluestria pingit.
Inter frumenta.	Est & pseudomelanthium, quod olim pro Lolio Fuchsius signauerat.
	Origanum ex Diosc. lib. 3 cap. 28. triplex est, aliud

Hera-

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.
Propè vepres, sentes, colles et fossarũ margines penè vbiq; nascitur Cõmune Origanũ	Heracleoticum, quod & Cunilam vocaut, Brassauolus id commune Origannm, in campestribus passim oboriens, heracleoticum esse retulit. Matthiolus negat & syluestre facit, Franciscus Apollo Alexander vir doctissimus, neque heracleoticum, neque folijs Hyssopi, neque syluestre Dioscoridis, esse scribit, sed pro secunda specie, ex tribus à Plinio depictis lib. 20. cap. 17. ponit, & pro legitimo statuit origano.
	Origanum alterum est onitis. Tertium est Tragoriganum.
Seritur et colitur in hortis & fictilibus.	Ocymum triplici habetur differentia, primum folijs mercurialis, helxine, aut amaranthi emulis, crassis, latis, longiusculus, vulgò rusticum basilicum dicitur. Serapioni, non Caryophyllatum. Dioscoridi lib. 2. cap. 134. Ocymum simpliciter. Secundum, folijs exit à ramulis dicto longè minoribus. Tertium folijs minutioribus atque angustioribus. cæteris iucundiorem efflans odorem. Germani hoc vocant, klein basilien/ alterum, mittel basilien/ primum, groß basilien.

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.
Parietib⁹ saxis siliceis & opacis.	Phyllitis, falso scolopendria, siue lingua ceruina, dicitur Germani Hirtzzunge/ folia promit rumici similia, longiora & viridiora, sena aut septena, recta, quæ parte anteriore læuia cernuntur, à tergo autem pensiles, quasi vermiculos tenues ostendunt: ex quibus apparet phyllitim longè differre à Scolopendria, siue aspleno, quam aliqui Hemionium vocant, folijs est multis scolopendræ animali, similibus ab radice vna prodeuntibus, folia polypodij modo diuiduntur. subter flauescentia, hirsutaque, supernè viridia. vtraque planta Iulio & Augusto colligenda.
Montib⁹ opacis et pratis humidis	Peucedanum, alijs fœniculum porcinum, Germani Harstrang.
In vliginosis locis et propè semitas.	Potentilla, Germani Genserich/ herba agrimoniæ non dissimilis, cauliculos profert qui humi repunt, pilosellæ modo, floribus aureis.

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.
Arenosis & aruis.	Perfoliata, Germ. durchwachs.
Palustribus & aquosis.	Potamogeton, foliũ habet betæ simile, hirsutum paululum supereminens, extra aquam Germani, saum kraut.
Inter septa frequens.	Phu, vulgo Valeriana, quibusdam Amantila, aut herba Benedicta, aliqui syluestre Nardum vocant, Germani Baldrian / Est verò aliud magnum, aliud minus, tertium exiguum.
Collibus & montibus abũdat polium.	Polium ex Dios. lib. 3. cap. 105. duplex est. montanum cui Teuthrio nomen est, alij polium maius, cuius est vsus, alterum fruticosius, non vsq; adeo valens, odore & viribus infirmius, hoc ab alijs polium syluestre dicitur.
In hortis et vineis.	Portulaca officinis, Andrachne græcis, Germ. Burtzelkraut / est verò alia hortensis, alia syluestris. Iulio potissimum mense carpenda sunt, folia portulacæ.
Petrosis & incultis. In hortis satũ prouenit.	Papauer satiuum, græcis μὴκων ἤμερος, Germ. mag samen / duplex est, candidum & nigrum, Iulio & Augusto colligendum.
Montib' saxosis et opacis.	Pimpinella, rectius Bipinella, quibusdam Solbastrella, alijs sanguisorba dicitur, Germanis pineln / æstate vsque in autumnum florescit,

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.
	tàm maior, quàm minor Bipenella: maiorem siue sanguisorbam maiorem, minorem, sanguisorbam minorem vocat Matthiolus, vtraque hirci odorem præsefert Est & Bipenella Saxifraga.
Hortis plãtatur ac seritur	Petroselinum Macedonicum ex Dios. lib. 3. cap. 62. prouenit folio apio aquatico simili, sed minoribus, caule crasso, ramoso, floribus albis, semine ammi, odoratiore, sapore acri, aroma olente, errant itaq; plurimùm qui vulgare petroselinum à Macedonico nihil differre scribunt. Est & Hipposelinon herba ea quam Fuchsius falso Smyrnion vocauit, Germani libstückel.
Mas in cãpestrib', cõmunib' vijs ædifitiorũ areis vbiq; scatet. fæmina paucis agnoscitur.	Polygonum, vel sanguinaria quibusdam centumnodia, nomen equiseto tributum. ex Auicenna 5. collect. vulgò Corregiola, ex Diosco. in marem & fœminam distinguitur. Germani Wegdrit graß / vtimur mare duntaxat, utpote viribus efficatioræ.
	Persicaria, quibusdam hydropiper, Dioscoridis. Germanis, flochkraut / à recentioribus in duas species distinguitur, in non lituratam & alteram

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.
	alterã cui folia insunt pullo colore signata, quasi oculi pupillam præseferentia, flore purpureo. Iulio & Augusto mensibus colligenda.
Montib⁹ & hortis plãtatur.	Pyrethrum ex Dios. lib. 3. cap. 69. Romani saliuarem vocant, floribus est chamæmelines non anethi vmbella, ut scriptum reliquit Dioscoridis. Germani Bertram vocant, herba colligenda circa finem ferè Iulij. Radix autumno quibusdam effoditur, nos verò Iulio cum adhuc est succo plena.
In montibus altis & saxosis.	Ptarmica græcis, Sternutamentaria latinis, Germanis wilder Bertram. Rusticis oliueta vocatur, à similitudine foliorum, frutice surculaceo, abrotani æmulo flore, capitulo chamæmeli deflorescentis instar.
Gignitur in muscosis petris & in agrestibus quercuũ truncis.	Polypodium, siue filicula quibusdam glycyrrhiza syluestris dicitur, præstantius est, quod arboribus glandiferis innascitur. herba est filici similis subhirsuta, incisuris diuisa, non tamen adeo tenuibus.
Hortis seritur & plãtatur.	Ruta hortensis, Germani Rauten / floret Iulio, cognitu hæc facillima est. Autumno maturescit semen,

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.
Cãpestrib⁹ et suburbijs.	quo tunc semen erit demetendum, herba verò ad vsum medicum dum floret.
In locis siccissimis calidissimisque.	Est & Ruta syluestris, Germani Maurrauten vocant. Tertiò habetur Ruta montana, prouenit.
In montibus & palustribus nedum etiã pratis humidis.	Scordium folijs trissaginis maioribus, non sic in ambitu diuisis, aliquantulum allia redolentibus quadrangulis caulibus, subrubro flore, visitur hæc planta & apud nos nõ procul ab Hala Sueuorum, propè Geyslingæ montem.
Campestribus.	Spina alba, græcis Acanthaleuce apud Dio. li. 3. cap. 12. hodie plerisq; pharmacopoeis incognita herba est, vti pro ea hodie non incommodè quis posset, q̃ ab alijs lactaria herba, siue Carduus Mariæ, Germ. fechdistel appellatur, siquidem ea ad omnia præstat quæ in Acanthaleuci à Dioscoride describũtur, non dicam quod notis quibusdam huic accedat.
Nascitur in mõtibus & syluis.	Alba spina latinis, Græcis Leucacantha, & hæc quæ nã sit, hoc est quibus folijs, quo caule, flore, ac semine proueniat, ne hodie quidem cõstat inter medicos.
	Symphiton, quibusdam

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.
Petris naſcitur.	Alo, officinis conſolida ex Dioſ. duplex eſt, primum petreum, naſcitur ramis tenuibus, Origano ſimilibus capitulis thymi, lignoſum, totum odoratum, guſtu dulce, ſaliuam ciens.
vmbroſis et opacis.	Alterum Symphiton, pecton alij vocant Germani groß walwurtz / id caulem emittit bicubitalem, colligenda circa finem menſis.
In paluſtribus et aſperis.	Smilax aſpera, alijs hedera ſpinoſa, ſiue Rubus ceruinus nominatur, folia habet periclymeni aculeata, arbores ſcandit, Germani Scharpff winden.
Sepibus.	Smilax læuis, folia hæderæ ſimilitudinem habent, molliora, leuiora, tenuiora, nullis horret ſpinis, colligũtur folia in fine Iulij, & principio Auguſti, folia enim per autumnum decidua ſunt.
Petris.	Saxifraga lutea; Germani gelb ſtainbrech.
Saxoſis & petris.	Strutium, ſiue ſaponaria, Germani ſeyffen kraut / in fine Iulij menſis.
Hortis naſcitur, & vinetis.	Saluia, ſiue elelìſphacos, Germani Saluey / duum eſt generum, maior & minor, vtraq; fruticoſa, ſpicato flore Iunio & Iulio menſibus apparet.

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.
Naſcitur in montibus & aſperis.	Thymelea, ex qua granum gnidium, quod eſt ſemen ipſius colligitur, huius folia, quæ peculiariter Cneoron appellatur, per meſſes colligi deben, & ſiccata in vmbra recondi. Cæterum obiter hîc notandum, quod Arabes, Thymelæam & Chameleam confuſè Mezereon appellarunt, Germani, chameleam vocant Zeytlandt / Thymelęa autem fert granum ſiue ſemen, quod officinæ Coccum Cnidium appellant.
In tenui ſolo & aſperis locis hortiſúe naſcitur ac ſeritur.	Thymbra græcis, Satureia, vel cunila latinis, ex Dioſc. lib. 3. ca. 36. vulgaris notitiæ eſt. duum eſt generum, hortenſis & ſylueſtris. primum Germani ſaturon, Hünerfül / oder Joſeplen vocant, alterum feldt quendel oder künle / q̊d Columellę guſtu acrius & odoratior eſt.
Naſcitur in Amanto Cilitię monte et in multis etiã Germaniæ montib⁹ aſperis et petroſis.	Tordylon ſiue Tordylion; latinis Seſeli creticum, Paulus ægineta Gordylion, Germani Berwurtz vocant, herba eſt ſurculoſa, ſemine duplici, rotundo, ſcutorum effigie, odorato, ſubacri, adfertur ad nos hodie Maſſilienſe odoratum, amarum, oblongum, cum latitudine carnoſum, Iulio menſe Tordylon

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.
	dylon floret, ac semen subinde profert.
	Telephium, vulgò crassula maior, quidam Fabariam vel fabam græcam, à foliorum, quam cum faba habent, similitudine nominãt, Germani wund kraut / oder knaben kraut/ Diosc. lib. 2. cap. vltimo, duo genera facit vnum floribus candidis, alterum luteis. Fuchsius tertium ostendit floribus purpureis. Matthiolus pro Thelephio, Chelidonium minus ostendit, quod videlicet in Telephio illo, Dioscoridis non insit facultas illa exiccandi & detergendi, Franciscus Apollo, Matthioli sententiam negat, & eiusmodi vires Telephio tribuit.
In macerijs ac septis.	Vrtica nulli non cognita solo tactu, suoq; igneo pruritu. non modo interdiu, sed etiam noctu, vellicat enim, pungit, & suo morsu sensum lacessit, Germani vocant Nessel/ ex Diosco. lib. 4. cap. 79. duo genera describuntur. vnum satiuum, quod Romanam vel græcam vrticam nominant, caule rotundo, asperrima, nigricantibus folijs, semine limi æmulo alterum genus syluestre est,

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.
	cuius tres obseruantur species, vna aspera vrtica appellatur nigrioribus, folijs hirsutiore caule, semine limi, sed minore, altera, minus aspera, minuto semine, vulgaris est hæc. tertia Canina nominatur, minor licet cæteris sit, acrior tamen & mordacior est, cuius semen accipiatur, non refert, Iulio mense ad maturitatem perueniunt.
In macerijs ac septis.	Vrtica Cardiaca dicta, Germani hertzgspan vocant, floribus galiopsis, folijs vrticæ non dissimilibus, officinæ quædam Brancham vrsinam vocant.
In macerijs publicisq; vijs vbiq; pedibus calcatur. prȩterea in aquosis locis.	Verbenaca, græcis, ex Diosc. lib. 4 cap. 51. peristereon, latinis columbaria vocatur, alijs sacra herba, quoniam multum ad amuleta expiationesq; commendatur, diuiditur in rectam & supinam, Maremq; & fœminam. Rectam Fuchsius marem vocat tribuit, huic flores luteos, supinam fœminam esse scribit, floribus purpureis, Germani vtranq; plantam eysen kraut nominant. colligi debent potissimum fœmina, circa canis ortum, hoc est mense Iulij, quo tempore florent.

LOCVS Natalis.	IVLIO, SOL in Leone.	LOCVS Natalis.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
In suburbijs vbiq; & circa parietes.	Verbascum, vulgo Tapsus barbatus ex Diosc.lib.4.cap. 89.differentias summias duas habet, nigrum & album, in quibus mas & fœmina intelliguntur. Mas candidum weiß wullekraut/ das mendle/ Germani vocant, Fœmina, nigrum appellant, schwartz wullekraut/das weible / cuius aliquot numerantur species, distinguunt quidam in domestica & syluestria.legenda genera Verbasci Iulio, quo tempore florent.	In aquosis incultis asperisq; locis.	Arthemisia, Germani beyfůß/ duplex est, vna lætior habitiorq; folijs, siue ramosa & fruticosa, quæ hodie nomen in officinis retinet.
		In hortis siccis & lapidosis	altera ramosa quidem, sed non fruticosa, quã Fuchsius Matricariam appellat, cuius sententiam Matthiolus refutat hæc, ut scribit Diosc. lib. 3. cap. 110. constat flore paruo, tenui, candido graueolente, æstate floret.
		In aquarũ ripis vinearũ aggerib⁹	Est & tertium genus tenui folium, quod Fuchsius Tanacetum esse putat, huius opinio ab eodem Matthiolo improbatur.
		Saluia passim seritur ac plãtatur in hortis germaniæ.	Angelica, Germani pestilentz wurtz/ vna hortensis, quæ cubitalem altitudinem excedit, caule geniculato, inani, multis alarum cauis referto, folia profert oblonga, per ambitum serrata, in nigrum virescentia.
		Syluis & vmbrosis.	Syluestris pumilior est, sed viribus omnium præstãtissima, Germani vocant Angelik/ oder des heyligen geist wurtz/ oder brustwurtz.
		Nascitur ac seritur in hortis.	Ammi, cuius genitiuo ammeos, officinæ vtũtur, æthiopicum cuminum appellant, Germani Amey, vulgo notum.

Ama-

LOCVS Natalis.	AVGVTSO, Sol in Virgine.
Hortis et fictilibus	Amarantus purpureus, Germani floramor.
Incultis et asperis locis.	Ascyron siue ascyroides hyperici genus est, magnitudine distans fruticosius maiores habens ramos surculosiores, rubentesq;, folia tenuia, Germani hart hew vocant.
In montibus saxosis.	Asclepias, germ. schwalben wurtz/ ramos emittit longos: folia hederæ longa, errant hi, qui pro ea Hedera terrestri vtuntur. pro Asclepiade Fuchsius Vincetoxicum ostendit, cui Franciscus Apollo vir doctissimus assentitur.
In collibus montibus altis & syluis.	Aster Atticus, Bubonium, græcis, Inguinalis latinis, officinis ignota herba, Sternkraut germanis, Augusto & Septembri mensibus colligenda.
Hortis seritur.	Beta ex Dios. lib. 2. ca. 115 in candidam & nigram distinguitur. Candida in omnibus efficatior quàm nigra, hanc siculam, vel siclan, Theoph. autore lib. 7. de hist. plant. cap. 4. appellarunt, Germani mangolt/ colligenda Augusto.
Syluis.	Beta syluestris, inter aculeata numerat Theoph. 6. de hist. plant. cap. 3. Plin. lib. 20 cap. 8. hanc Limonium vo-

LOCVS Natalis.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
	cat, Germani holtzmangolt/ de quo supra diximus in mense Iunio.
Campestribus.	Blitum, fatuum & insipidum olus, quod Gale. lib. 2. alimēt: facul sic vocat. Germani Mayer/ floret æstate & autumno, Augusto mense carpitur.
Hortis passim proueniũt.	Brassica vel caulis ex Dios. lib. 2. cap. 112. diuiditur in satiuam et syluestrem, satiua quæ æstate propter amaritudinem non æstur, acris enim est, à Plinio lib. 9. cap. 8. & ante ipsum Theophr. lib. 7. hist. plant. cap. 4. in tres species diuiditur. nempè primò læuem, quam germani breyten oder grossen keel vocant, alteram Crispam, germani krausen keel/ tertia crambe, germani kleinen keel.
Maritimis præruptisq; locis frequens.	Brassica syluestris, candidior hirsutior & amarior, q̃ satiua de qua Theoph. 7. histo. plant. cap. 6.
Maritimis locis	Brassica Marina, officinæ soldanella, folijs Aristolochiæ rotundæ prælongis, ut Dioscoridis textus habet, omuia hæc genera Augusto mense potissimum florent.
Seritur et plãtatur in hortis.	Balsamina siue viticella, planta prælongis tenuibusq; viticulis est, vltro citroq; reptantibus, praximas tũ plantas,

LOCVS Natalis.	AVGVTSO, Sol in Virgine.
	tas, tum arbusculas comprehendit, Germ. Balsamkraut/ alijs Hierosolimitanum pomum vocatur, Franciscus Apollo inter genus Halicacabi secundi ponit, q̃d idem Matthiolus facit.
Amat solum pingue & apricũ ac sylvas & colles.	Centaurium duplex, ex Dios.lib.3.cap.6.& 7. maius & minus, Magnum folia habet iuglandis, oblonga viridi braßicarum colore serrata in ambitu,&c. est nihil aliud quam illustris illa radix, quàm antiqui erroris sectarij Rheuponticum vocauerunt.
Montibꝰ ac asperis locis.	Centaurium minus, vulgo biondella, ex Diosco. lib. limnesion aliqui vocauerunt, quoniam rigua amet loca, Germani gulde / oder fieberkraut / Iulio, Augusto, & Septembri colligitur, eo tempore, quo semine prægnans est herba, ad extrahendum succum.
Pratis & campestribus.	Euphrasia, quibusdam Eufragia græcis Euphrosini, alijs herba adhil, quibusdam ophthalmica, antiquioribus incognita, herbula est, inter initia autumni magna copia erumpit, Germani augentrost vocant.
	Esula maior quam officinæ sic vocant, græcis pityu-

LOCVS Natalis.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
Nascitur ruderibꝰ & incultis agris, aridis interdũ & siccis locis.	sa, quæ à Cyparissia specie differre constat, caulis supra cubiti altitudinem assurgit, geniculatus, folijs piceæ acutis, exilibus: flore paruo, velut purpureo, &c. huius radix magna impostura, pro Turpeto venditatur. Quod cum non ignorasset Actuarius sua ætate, Turpetum aliud album esse dicit, quod Aliptæ radicem esse prodidit, aliud nigrum, quod pytiusæ radix est. Fuchsius apud Nicolaum Esulam nihil aliud esse opinatur, quàm Chamepityn, quod Matthiolus negat. Imò Nicolaum, illam ipsam Esulam maiorem, vel pityusam, quæ folio piceæ uel pineæ constat, intellexisse, à forma foliorum denominationẽ sumpsit, par uam enim pinum, pityusa representat.
In cultis & siccis siue asperis locis.	Esula minor, hanc Matthiolus Tithymalum Cyparissiam esse opinatur, ea siquidem primum arborem, nuper natam folijs prorsus imitetur, radicibus hæc constat exiguis fibrosis, parua hæc præstantior est, præsertim cortice, & eo quidem tenuiore, leuiore, fractu facili

LOCVS Natalis.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
	cili Caſiæ modò ſubrubente, ſenis nondum menſibus tranſactis collecto, nam recens quo menſe legitur mala eſt uti, & nigra & orta loco aliquo prope Thermas, legendæ igitur ſunt Eſulæ, circa finem Auguſti, aut tempore meſsis.
Naſcitur in hortis et vineis.	Eſula rotunda, græcis peplus, frutex eſt lactei ſucci plenus, Germani, Teuffelsmilch vocant, folijs paruis uritæ, paulò latioribus, rotunda coma, colligitur principio Auguſti menſis, ſiccatur in vmbra & cõtinuè vertitur.
Hortis ſeritur.	Eruca ſatiua, latinis pariter atq; officinis græcis Euxomon, Germanis Weiß ſenfft / circa finem Auguſti colligenda.
Seritur agris.	Lens ſatiua herba notiſsima, Auguſti menſis initio, vel circa finem Iulij, colligitur vna cum ſemine.
Hortis et vliginoſis locis.	Mentha, cuius duæ ſunt differentiæ, hortenſis & ſylueſtris. Hortenſium aliquot numerantur ſpecies, floſculis purpureis, vna internodia coronantibus verticillato ambitu: altera ſub purpureo flore ſpicatoq;, circa

LOCVS Natalis.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
Campeſtribus & itinerũ marginibus	cauliculorum faſtigia, ut quæ Romana dicitur. Sylueſtris, vulgo Menthaſtrum dicitur.
	Mentha in vmbra ſiccanda, ut eius ſuperflua humiditas corrigatur, vbi verò infundi tantum poſtulat, ut in ſyrupo de abſinthio, paſſa tantum requiritur. idque in omnibus infuſis perpetuò obſeruandum.
In quercu arbore & ſaxoſis locis.	Pulmonaria, Germanis Lungakraut.
	Pulegium, Germani Poley/ aliud ſatiuum, aliud ſylueſtre apparet, Sylueſtre pulegium, ſimile eſt origano minoribus folijs quàm ſatiuum, & à quibuſdam Dictamnum vocatur, Diuidunt præterea in marem & fœminam pulegium. Mas candido flore, fœmina purpureo erumpit, quæ efficatior eſt mare, legenda ſunt cum fuerint floribus onuſta, Iulio videlicet & Auguſto mẽſibus.
In aruis & incultis naſcitur.	Pſyllium, latinis herba pulicaris, Germanis pſilienkraut / ſemine eſt nigro pulicum

LOCVS Natalis.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
	licum ſimili, vnde & nomen floret tota æſtate. Matthiolus duo conſtituit genera vnum floſculis albis, alterum quod folijs conſtat numeroſioribus, longioribus, anguſtioribus, denſioribus piloſis pnriter atq; incanis. Franciſcus Apollo tria deſcribit, album nigrum, vel ſubpurpureum, ex quibus deligendum eſt ſemen, quod eſt maturum, magnũ, graue & q̊d aqua mergatur.
Naſcitur in mõtibus aſperis & incultis locis.	Solidago Saracenica, ab alijs ceratophyla, Germani Heydniſch wundtkraut / à Fuchſio ſic denominata, caulem rubeum ac cauum habet, altitudine trium ferè cubitorum, è quo prodeunt folia oblonga, ſerræ modo inciſa ſaliciq; ſimilia, flores luteos Auguſto menſe oſtendit.
Locis incultis mõtibꝰ, ſaltibus pratis & dumetis.	Succiſa quam aliqui Geum appellant, Germ: Teufels anbis / latinis Morſus Diaboli, folijs plantaginis minoris ſimilis, floribus purpureis, radicibus ſubnigris & ſucciſis. In Auguſto colligitur.
Naſcitur in aquarũ ripis.	Tanacetum, Germanis Reinfarn / quod Fuchſius pro tertia ſpecie Artemiſiæ po-

LOCVS Natalis.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
	nit, Matthiolus verò negat & pro parthenio mare deſcribit, floret hæc Auguſto menſe.
1. Sepibus aut vallibus.	Tithymali, ſiue Eſulæ, quæ indifferenter ab officinis ſic appellatur, ſeptem numerantur genera, quorum maſculus Characias, latinis vallaris appellatur, quod nimirum vallis ſeptisq; muniendis idonea ſit, Germani Wolffsmilch vocant.
2. Mõtoſis.	Tithymalus Myrtites, à foliorum figura denominatur, huius fructum quidam nucem vocant, & hic fœmina æſtimatur.
3. Maritimis.	Tithymalus paralius, id eſt Marinus, quod in maritimis naſcatur.
4. Ruderibus.	Tithymalus Helioſcopius, hoc eſt, Soliſequus, quod ad ſolis curſum circumagitur, groß wolffsmilch.
5. Campeſtribus.	Tithymalus Cypariſsias, à cupreſsi ſimilitudine, Germani Cypreſſene wolffsmilch.
6. Petroſis.	Tithymalus Dendroides à ramorum copia.
7. Scopuloſis.	Tithymalus platyophillus, id eſt, latifolius, à latitudine foliorum, Germani Breyte blettere Wolffsmilch.
	Omnia hæc genera Tithymalorum, in fine Auguſti & menſe

LOCVS Natalis.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
	menſe Septembri colligenda, præſertim quando ſucci ſint extrahendi, nam ut ſupra diximus, quo recentiores plantæ hæ colliguntur, eo deteriores fiunt ſucci, ideoq; non niſi tranſactis ſenis menſibus legendas eſſe præcipiunt Medici.

LOCVS Natalis.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.
Hortis.	ABrotanum ex Dioſco. lib. 3. cap. 25. duum eſt generum, mas & fœmina, Mas frutex eſt, qui in arboris ſpeciem candicantibus folijs, ſeriphij modò, exurgit, circum ramulos inciſis, cum odoris grauitate, Auguſto floret, autumno legendum potiſsimum Septembri, quo tunc ſemine prægnans carpitur.
Hortis et fictilibꝰ.	Fœmina non omnibus cognita, ſunt enim qui abſinthium marinum pro eo oſtendunt, alij Cypreſſum, prior opinio falſa, poſterior verior eſt, quod Dioſcoridis verba declarant.
In Ida monte Troadis et in Meſſenia.	Aſarum, quibuſdam ſylueſtris Nardus dequo Dioſ. lib. 1. cap. 9. alij aſarum Bacchar vulgare eſſe ſcribũt, Germani haſelwurtz / vere & autumno floret, in fine Auguſti & principio Septembris colligitur.
Hortis ſeritur.	Æthiopis folia, quæ verbaſco ſimilia ſunt, per quàm hirſuta denſaq;, Plinius legit autumno.
	Coriandrum aut corianon, Germani Coriander / herba eſt vulgaris noticiæ,
	Conyza: officinis pulicaria, quia ſubſtrata pulices inte-

LOCVS Natalis.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.
Locis æditis, interdũ humentib⁹ & agrorum marginibus proueniunt.	interimat ex Diosco. lib. 3. cap. 116. triplex est, maior, minor & media, Germani Geiwurtz oder dürwurtz vocant. parua odore præstantior est, maior verò frutice, altior et folijs latioribus, graui odore, vtriusq; folia hirsuta & pinguia. Medium genus iniucundum, & grauiter spirat.
Agris cultis reperitur, colitur etiam in hortis ob purpurei floris odorẽ	Cyclaminus: vulgò panis porcinus, quibusdam panis, vel vmbilicus aut malum terrę, radice constat, rapi modo tuberosa & folijs pręstantiore. officinis arthanita, germani Sewbrot.
Hortis & agris colitur.	Cannabis satiua, planta in marem & fœminam distinguitur, Mas semen profert, sterilis fœmina ad lineos vsus accommodatior. Est & syluestris Cannabis, quam alij Eupatorium vulgi esse, existimarunt.
Syluis & montib⁹	Erica, arbuscula bicubitalis, sæpe longè maioris proceritatis, multis à radice stolonibus, bis anno floret, vere & autumno, quo tempore etiam colligenda.
Herba cretensis.	Dictamnum, aliquibus syluestre pulegium à Diosc. lib. 3. cap. 31. sine flore & semine describitur, metunt au-

LOCVS Natalis.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.
	tumno & æstate. Est & pseudodictamnum, ex Diosc. eodem loco duo genera describuntur, primum priori simile, sed minus, quàm illud acre. alterum folijs sisymbrij, ramis maioribus, in quibus flores syluestris origani, nigri molles.
Nascitur locis cultis & sabulosis.	Lathyris, officinis catapotia minor, quod in pilulis quibusdam, seu potius catapotijs semen ferat, Germanis springkorner / oder treibkorner / carpitur autumno, dum fructu prægnans est.
Hortis colitur, & iuxta sepes & vepres nascitur sponte.	Lupulus Germani hopffen vocant. ex Plinio videtur. lib. 1. cap. 11. esse lupus salictarius, inter sponte nascentia esui apta enumeratus: autumno legitur.
	Rosmarinus vel Libanotis, ex Dios. lib. 3. cap. 70. duum est generum, fœcundum nimirum & sterile, fœcundi semen Canchrys vocatur, sterile neq; caulem, neq; florem, neq; semen promit. Est & Rosmarinum Coronariũ vocatum, semper virescit, præterquam in raris & extremis gelicidijs, profert cæruleos flores, quos Melanthios vocant. Carpuntur Maio mense, & deinde ad Septembris

LOCVS Natalis.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.
	bris medium, bis enim anno floret, vere & autumno.
Naſcitur narciſſus in montib⁹ probatiſsim⁹ ſuaui odore.	Narciſſus ex Theoph. lib. 6. cap. 6. folium albuci terræ proximum gerit, ſed longè latius, lilij modò, habet caulem ſine folio herbaceũ florem ſuo ferentem cacumine, in membrana veluti vaſculo incluſum, largè amplum, coloreq́; nigrum, figura oblongum, ſerotinus admodum. poſt arcturum enim & circa æquinoctium floret, Plinius duo genera, lib. 21. cap. 19. Narciſsi deſcribit, vnum flore purpureo, alterum herbaceum, Germani zeytloſen vocant. Matthiolus præter hæc alias compluresſpecies oſtendit.
In hortis ſeritur ſpectãdi potius q̃ quæſtus gratia.	Ricinus, latinis cici, aut croton græcè, vulgo catapuria maior. Arabibus Cherua, ex Dioſc. lib. 4. cap. 142. nomen accepit à ricini animalis ſimilitudine, plebis ceca vocatur, cui cibus nullus eſt exitus, nullis diſcretum membris, colore liuido in globum continuè creſcẽs, nec prius à ſuctu recedens, vbi animalium dorſo nhæreſcit, niſi antea diſrumpatur, & ſponte decidat.

LOCVS Natalis.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.
Hortis vmbroſisq́; locis & ſecus uias ſponte naſcitur.	Solanum ſiue Solatrum corruptè, ex Dioſco. lib. 4. cap. 61. aliud eſt hortenſe, ſiue eſculentum, vulgo herba mora, alijs vua morella, idque ſimpliciter Solani voce intelligendum eſt, Germani **Nachtſchatten.**
	Secundum eſt Halicacabon, aut philſalida, id eſt, Veſicaria vocatum, officinæ Alkakengi appellant, Germani noſtri, **Juden dockle: Juden kirſchen/ oder Rott nachtſchatten** / quod non niſi autumno matureſcit. Eſt præterea aliud genus Veſicariæ, ſiue Hali cacabi, quod Fuchſius peregrinum, Germani **Welſch ſchlütten** / vocant. Franciſcus Apollo, vir eruditione inſignis, Balſaminam, aut viticellam eſſe oſtendit, ab alijs Hieroſolomitanum pomum vocatur, folijs quaſi vitis, flore candido, veſicis halicacabi verrucoſis, &c.
Saxoſis nec procul à mari locis.	Tertium habetur Solanum ſomnificum, ab effectu denominatum, nempè dormitorium.

LOCVS Natalis.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.	LOCVS Natalis.	OCTOBRI, SOL in Scorpione.
Montanis ac vẽto perflatis locis naſcitur.	Quartum Solanum Manicon, ſiue furioſum dicitur, folio erucæ ſimile, maius tamen, ſatis ad ſpinam, quam Pederota vocant accedens.		HActenus eo progreſsi ſumus, ut herbarum vires, quô nimirum tempore vigent, & colliguntur ad vſum medicum, conſpicuę fierent ſtudioſis. Nũc cum in Octobri Sol in Scorpionem ingrediatur, quo tẽpore pleraq; ad ruinam defluere ſolent, paucis exceptis quibus folia non decidunt, natura nos hîc aliquandiu in colligendis deſiſtere & quieſcere iubet, eſtq; hoc tẽpus Brumale omninò inclinanti ætati conferendum, quod non ſentiat amplius gaudia annorum. Sed non immeritò poſſet, quis cauſam commutationis quærere, an fortaſsis quod folia ſint tenuia, lata & mollia, vel forſitan id fieri occulta aliqua qualitate, ut Timeus Mathematicus ſenſit, aëris veneno & ſideris qualitate, cum Sol ſcorpionem ingrediatur. Verum cur non eadem cauſa aduerſum omnes polleat, iure miramur, cadũt enim plurimis autumno, quædam ocyus aut tardius amittunt, atque in hyemes prorogant moras.
In arboribꝰ quercinis.	Viſcum optimum eſt quercinum, decerpitur autumni initio cum ſuis acinis, Germani Miſchel vocant.		Nec intereſt maturius germinaſſe, ut pote cum quædam

dam

dam primò germinent, & inter nouifsimas nudentur, ut Amygdalæ, fraxini, Sambuci. Morus autem nouifsimè germinat, & cum primis folia dimittit, magna & vis soli, prius decidunt in siccis macrisq;, & vetustæ prius arbori, multis etiam, antequàm maturescant fructus. In Serotina ficu, & hyberna pyro, & malo granata, est pomum tantum aspici in matre, neq; his semper retinet, comas eadem folia durant, sed subnascentibus aliis tum arescunt, quod euenit circa solstitium. Nec præterea ista cōmutatio annua adscribenda erit duntaxat frigori, gratia cuius calor cum spiritu & humore, quorum est comes intro repellitur in profundum, forisq; cutis spiracula adstringit, calorisq; substantiam cogit, & ita coercet, ut nihil aut minimum posit effluere, siquidem folia in quibusdam, media æstate, aut statim post germinationem decidunt. Cur verò frigore non pereant, folia arborum quædam, & herbarum ne hodie sapientiæ professoribus id cōstat. Etsi quidam non decidere, nec arescere folia in arboribus putant, cum callo sint crassa & angusta, ceu hædera muralis, uinca peruinca, Buxus & similia aut quorum foliorum succus pinguior est, verum neutra ratio mihi placet. Quis enim in Ilice, Abiete et Larice potest intelligere causam? Quidam inuitantis cœli voluptatem, aut etiam soli vbertatem, fertilitatemq; respiciunt, veluti circa Memphim in Ægypto, quæ hodie Alkyra dicitur. præterea in Elephantina Thebaida, tanta vtrorumq; locorum vis est, tanta cœli clementia, ut nulli arbori, ne vitibus folia quidem decidant, Sed ne his quidem concedimus. In Germania enim & locis Septentrionalibus, licet nullam talem fertilitatem videmus, nihilominus arbores quædam perpetuo virescunt, frigusq; nō abhorrent. Quid non laudatius Germaniæ nostræ pabulis? licet subest statim harena tenuisimo cespitum corio tecta. Nec itaq; semper proceritas herbarum vbi aquosum & pinguè est solum.

Proinde cum nulla probabilis ratio eorum, quæ sensui sunt conspicua, reddi aut demonstrari potest, satius erit, omissa terrestri cura, naturæ illud duntaxat occultæ adscribemus, natura enim miraculum sui, atque

	tellus ostendere voluit, quæ cuilibet in ipsa propagatione ad mensuram caloris innati dedit, ratione cuius vitam longius aut breuius ducere potest, de quibus apud Aristotilem in libro de longitudine, & breuitate vitę disputatur, quæ nos hîc, cum ad institutum nostrum parum conferre videantur, prçteribimus.	LOCVS Natalis.	OCTOBRI, SOL in Scorpione.

QVO TEMPORE HERBAE COLLIGENDAE.

LOCVS Natalis.	NOVEMBRI, Sol in Sagitario.	LOCVS Natalis.	DECEMBER, Sol in Capricorno.
	Lauri folia decerpuntur, vna cum baccis autumno, & hyemis principio.		

QVO TEMPORE FLORES COLLIGENDI.

FORMA Coloris.	IANVARIO, Sol in Aquario.	COLOR.	FEBRVARIO, Sol in Piscibus.
Cādidos flores habet.	AMygdala, iuxta Plinium lib. 16. cap. 25. in Ægypto omnium primò floret, mense nimirum Ianuario, Martio verò pomum maturat.	Purpurei mixti cū candore. Flos croci modò erumpit, nullis adhuc apparentibus folijs.	ERica in tepidioribus locis, primò inter syluestres herbas floret, in frigidioribus autem mense Martio. Hermodactyli ueri, flores erumpunt Februario, & primo statim vere, alio tempore & statu cœli clementiori, post exitum autumni.

MARTIO

COLORES.	MARTIO, SOL in Ariete.
Cãdidos flores habet.	BVlbus syluestris, Germani feldt zwibel / in Martio flos erumpit, ac statim euanescit.
Purpurei.	Ellebori nigri hortensis, Germ: schwartz garten nießwurtz/locis videlicet Septentrionalibus apparent, non priusquam Martio flores.
Candidi	Ellebori nigri syluestris, wild schwartz nießwurtz.
Herbaceis.	Ellebori herbacei, cuius magna est copia in nostris montibus Halæ Suæuorum cum floribus.
Cãdidos	Elleborus albus, weiß nießwurtz/ flores habet.
Flores in cacumine albicãtes numerosos, in stellæ modum sese pandentes.	Hastula Regia, quam latini Albulcum, siue Asphodelon vocant folijs maioris porri: caule læui ferente in cacumine florem quem Anthericon appellant, floret particulatim, ut Scylla ab imo incipiens, verbasci quoque modn. Radicibus nititur numerosis, nigricantibus & bulbosis, Plinius colligit flores Martio: lib. 21. cap. 17.
Cęruleos	Hyacinthus primus flores habet maximos, floret cum violis circa finem Martij & Aprilis initium, qui maturescens ad terram in-

COLORES.	MARTIO, SOL in Ariete.
	curuatur, perduratq; diu antequam contabescat.
Cærulei.	Hyacinthi secundi maioris.
	Hyacinthi minoris, Germani omnes Mertzenblůmen vocant.
Subcandidi, aut subpallidi.	Hyacinthi albi, siue pallidi flores.
Floribus paruis ac herbaceis	Iuniperus perpetui viroris, floret in fine mensis.
Purpurei	Laricis flores ineunte Martio è frondium cacumine mira elegantiq; naturæ industria comantibus foliolis annexis micant, etsi quidam nullo exhilarari flore putant.
Floribus purpureis.	Petasites, quam Matthiolus pro Tussilagine maiori pingit, floret circa finem Martij.
Floresha bent lanuginosos, & quasi nucamento compactos.	Salix vulgò nota, Germani weiden oder felbinger / flores Galenus lib. 6. simpl. med. multis verbis commendat, ad exiccantis emplastri præparationem: est enim vis eorum ita desiccatoria, ut morsu abstineat, habent verò etiam quandam adstrictionem, & C. Theophrast.

Colores.	MARTIO, SOL in Ariete.	Colores.	MARTIO, SOL in Ariete.
	phrast. lib. 3. cap. 13. hist. plant. tria genera Salicis describit. Nigram, quod cortice nigro sit obducta, hanc Plinius lib. 16. cap. 27. Viminalem vocat, Columella verò Sabinam & Amerinam appellat, Germani **Rot weiden**. Secunda, Salix candida, à Plinio, Vitellina, Columella autem Græca, Germanis, **gel weiden** vocatur. Tertia à Theoph. Helix, à Plinio, Columella, Gallica appellatur, Germani **klein weiden**.		purpurei, non nisi Aprili & Maio mensibus florere incipiant.
		Vna florē mittit album cum purpureo, altera tantum purpureum florem habet.	Vitex, siue lygos, frutex est in arborem assurgens, folia aliuæ, sed molliora habet, duum generum ex Dioscor. lib. 1. cap. 116. notatur, ex differentia florum. Germani viticem **Schaffmullen** vocant.
Flos virgata specie in luteo candidus prosilit, floretq; ab imo.	Scylla ter anno floret, Theoph. autore lib 7. cap. 12. triaq; tempora sationum ostendit, ut testatur Plinius lib. 21. cap. 17. Est hoc tempus primum sationis.		
Flores habet luteos.	Tussilaginis floret vsq; ad principium Aprilis, quo dehinc tempore euanescit.		
Violacei.	Violæ Martianæ siue purpureæ.		
Candidi. Cærulei. Purpurei Lutei.	Violæ albæ, Leucoij dicti vulgaris notitiæ, sed in floribus differentia quædam inuenitur.		
	Verùm illud animaduertendum, quod luteæ violæ, Mauritani Cheiri, siue Alcheiri appellant, & deinde		

COLORES.	APRILI, SOL in Tauro.
Cãddos ut ſæpe florere vidimus in horto Illuſtriſsimorũ comitu de Hohẽloe	AVrantia poma, quibuſdam aurentia, fulgoris auri plena, ideo aurea nuncupata, aut verius ab Arantia oppido Achaiæ, ut ex Hermolao 5. ſui corollarij. cap. 422. apparet. Germani Pommerantzen vocant, flores habet fragrantiſsimos.
Profert flores cãdidos fragrantiſsimos.	Adami poma, alijs Lumia, vel cedriata vocantur, herbaceo virentia colore & prægrandia inſtar melonum vel orbiculata, aut oblonga facie turgentia, vel ouali ſpecie turbinata.
Candidi.	Amygdalarum dulcium.
Purpurei	Amygdalarum amararum,
Purpurei	Aſari flòres.
Cãdidis floribus.	Armeniaca, quæ & Chryſomela, id eſt aureamala, ex Athenæo lib. 3. cap. 5. latinis præcotia dicta ſunt, hæc vna cum alijs horæis fructibus Aprili menſe florent.
Cãdidis.	Allium vrſinum, floribus in ſummo.
Cãdidis.	Agroſtis ſiue gramen, in fine menſis incipiunt florere, & per menſem durant ſequentem floribus.
Extrinſecus rubei,	Bellis minoris ſatiui, Germani Monat blümle / inci-

COLORES.	APRILI, SOL in Tauro.
intrinſecus lutei.	piunt & per æſtatem durant fere integram.
Purpureos oſtendit.	Clematides, Daphnoidis latinis vnica peruinca flores.
Purpurei.	Cneoron, Matthioli.
Aurei.	Chelidonij minoris, ſiue Scrophulariæ minoris.
Purpurei.	Daphnoidis zeytlandt.
Cãdidos	Fumaria, quæ olim à D. Fuchſio piſtolochia nominabatur.
Purpurei.	Geranij primi flores
Candidi	Geranium candidis floribus.
Purpurei.	Hederæ terreſtris, flores puſilli.
Candidi.	Limoniarum, Lemonien blůſt.
Purpurei ex nigro ſplendẽt, in cuius medio aurei floſculi emicant.	Pulſatilæ flores legimus, quàm plures iuxta Cocharim flumen impetuoſiſsimũ, non procul ab oppido Ingelfingen dicto, menſe Aprili.
Vnũ floribus luteis odoratis. Alterũ palleſcẽtibus odore deſtitutis.	Primulaueris, ſiue verbaſculum, alijs Phlomides. Ruellio Brachecuculus, herbarijs Arthritica, Germanis Schlüſſelblůmen / cuius duo ſunt genera.

COLORES.	APRILI, SOL in Tauro.
Candidi	Prunorum ſylueſtriũ flores, quos Germani ſchlehen appellant.
Purpurei	Perſicæ arboris flores, germani Pfirſingblůſt vocant.
Lutei.	Ranunculi hortenſis primi, vngefülter garten hanen fůß.
Candidi	Rorismarini ſiue Libanotis.
Ex cādido palleſcentes	Ribes, Joannes berle blůſt.
Candidi	Siliquarum flores, Joannes brotblůſt/ græcè Ceratia. alijs ceratonia, quibuſdam Xylocaracta, alijs Carobe dicitur, flores ſunt.
Floribus candicātibus.	Vua Criſpa, vulgo ſpineola, Germanis Cloſter ber / veris initio ſtatim pubeſcit, frutice ramulis pluribus aculeato, horridis ſpinarum mucronibus folijs circinatæ rotunditatis apij inſtar diſciſſis, duum eſt generum mas & fœmina.
Flos cæruleus albus et luteus apparet.	Viola trinitatis incipit florere, & per integram æſtatem durat, Germani Dreyfaltigkait blůmen.

COLORES.	MAIO, SOL in Geminis.
Cādidos	Alliaria flores habet.
Aurei.	Anguria, hetruſcis cucumis, alijs melo paleſtinus. ex Serapione Dullaha, id eſt, melo magnus, Germanis Cucumern. cuius flores Maio apparent.
Aurei.	Anagallis mas.
Punicei.	Anagallis fœmina.
Candidi	Aparine.
Candidi	Aſparagi.
Aureo Chryſanthemi modo.	Aconitum Dioſcoridis, Theophraſti, & Plinij, flore apparet.
Cærulei.	Aquilegiæ flores violacei, ſiue cærulei ſunt, ex caudis quibuſdam, veluti muliebres loci propendentes.
Candidi	Allij Hortenſis, garten knoblach.
Purpurei	Allij ſylueſtris, tàm primi quàm ſecundi ſpeciei.
Candidi	Alleluia, ſiue Trifolij acetoſi.
Purpurei	Anemonis ſatiui, primæ & ſecundę ſpeciei flores.
Albi.	Anemonis tertiæ ſpeciei.
Aurei.	Anemonis quartæ ſpeciei.
Extrinſecꝰ albi, intrinſecus lutei.	Bellis maioris, groß genßblůmen/ flores chamomillæ modò profert.
Purpurei	Betonicæ purpureæ.
Flores vtriuſq; purpurei	Biſtorta tam mas quàm fœmina. Germani Naterwurtz/ falſo ſerpentaria dicitur.

Barba

COLORES.	MAIO, SOL in Geminis.
Flore aureo. Flore purpureo.	Barba hirci, græcis Tragopogon, Germani Bockobart/ duum est generum, vnum, flos auri modò fulget, alterum purpureos, radiantibus circumquaq; calycis apicibus.
Herbaceus.	Betula iulos profert oblongos, in quibus hæret flos.
Cādidū.	Bulbus syluestris florem ostendit.
Puniceū	Caryophyllata syluestris, Benedict wurtz/ florem profert.
Ex purpura cæruleum.	Consolidæ mediæ, gulden güntzel/mixtum colorem.
Luteis.	Coluthea spectatissime floret, circa finem mensis floribus.
Candidi	Cerasorum hortensium et syluestrium omnium flores.
Ex albo & purp:	Cydoneæ arboris flores mixtus.
Albi racemosi.	Corni maris & fœminæ flores.
Cādidū.	Cercfolium florem ostendit.
Purpureos.	Chamedrys vtraque tam mas quàm fœmina flores.
Aurei.	Chelidonij maioris.
Snbpurp:	Citriorum.
Lutei racematim coherentes in vuæ ferè modum.	Crespini flores, officinis Berberorum, Germani sawrach/oder sawerdorn / vel Baberblüt / odore non ingrato flores.

COLOREIS.	MAIO, SOL in Geminis.
Aurei.	Chrysantemi flores splendent.
Candidi.	Erucæ syluestris, wildt senfft blüst.
Luteis.	Erigeron, floret tota ferè æstate floribus.
Cādidis albæ violæ colore similibꝰ, odore infesto.	Euonimus arbor siue frutex, Germani Hanenhödle / floret vere floribus.
	Fumariæ flores. Purpurei.
Rotundi Echinacei & herbacei.	Fagus arbor, Germ. buchbaum/ cuius flores apparent.
Cādidos	Fraxinus arbor, Germani Eschabaum/habet flores.
Purpureos flores ostendunt.	Geranium, 2.3. & 4. Germani Storchschnabel blümen.
Cādidos.	Gingidium flores in vmbella.
Lutei.	Genesta, genest/ florés.
Lutei.	Genestella, Germ. Streich blümen/ frutex rosmarini penè folijs est, at rigidis ac pungentibus, semine, flore, ac radice genestæ, flores diu apparent.
Luteis.	Isatis satiua floribus.
Subflaui	Isatis syluestris, Maio & Iunio apparet.
Siquidē candidi, pallētes, lutei purpurei ac cærulei cōspiciuntur.	Iris Domestica, à cœlestis arcus similitudine nomē accepit, flores in summitate incurui uarij. Germani Blawgilgen blümen vocant.

Colores.	MAIO, SOL in Geminis.
	Iris syluestris, cuius duo genera monstrantur, vnum satiuæ siue Domesticæ per omnia similis, minoribus tamen folijs & floribus, alterũ folijs gladiolij longioribus, flore cæteris longè minori, odore Armeniaci mali radice tenui, lignosa, geniculata, subruffa, inodoraq;.
Lutei.	Iuiubarum vel zyzipharũ
Candidi.	Lilij conuallij flores suauiter olent.
Cãdidis.	Libanotis hortensis, siue Rosmarinus frugiferus, floribus.
Luteis.	Libanotis syluestris.
Candidi.	Lupinorum flores.
Candidi.	Lamij, siue vrticæ mortuæ.
Flore rubro.	Lapathum, siue Rumex, germani ampffer vocant.
Luteis.	Lapatium acutum, quod aliàs oxylapathum dicitur, floribus exiguis apparet.
Florem habet racẽosum	Lapatium tertium, quod vulgus bonum Heinricum appellat.
Subcãd.	Myrrhis in vmbella flores.
Candidi.	Mespilorum.
Lactei.	Nasturtij satiui.
Subluteo	Orobanchis flore.
Candidi.	Ophris, germ. zweyblat. flo.
vnũ cãdidis, deinde purp. et è cęruleo in purpureum.	Ophioglossi. Orchis, latinis testiculus caninus, Germa. Knabenkraut/ cuius genera sunt mas & fœmina, floribus diuersis.

Colores.	MAIO, SOL in Geminis.
Rosaceos.	Pœonia vtraq; mas videlicet & fœmina flores ostendunt.
Candidi	Polygonati.
Purpureis.	Persica arbor gaudet, floribus pulcherrimis.
Ex purpura cæruleo.	Pilosella, vtraq; maior & minor florent.
Purpurei	Prunellæ.
Subflauum.	Pinus arbor, Germ: fichten. etsi hanc quidem nõ florere existimant, ostendit tamen florem mense Maio.
Candidi.	Prunorum tam satiuorum quàm syluestriũ flores.
Albi racematim depẽdẽt.	Populi Nigræ flores, Germani schwartz alberblüst.
Lutei cãdicantes.	Ribes, flores profert.
Cãdidos	Sedum, siue semperuiuum maius flores ostendit.
Luteos.	Sedum minus & vermiculare.
Cãdidos	Sanicula, mas & fœmina flores habent.
Candidi	Scordij vrsini flores.
Cãdidos	Smilax aspera flores habet, suauiter olentes &.
Cãdidos	Saxifraga maior.
Herbaceos.	Sanguisorba maior & minor, flores ostendit.
Albis racematim coherentibus.	Staphilodendron arbor, Germani Pimpernüßle vocant, arbor ista conspicitur in monasterio, Murhart Ducatus

Colores.	MAIO, SOL in Geminis.
	catus würtenbergensis, præterea satis magnitudine floret, mense Maio floribus.
è ceruleo rubescêtibus & ex cesijs albicâtibus.	Scabiosa, Maio Iunio ad Octobrem usq; florescit.
Florelilij effigienō quantitate, sed colore & floris quadam essentia.	Satyrium, Germani stendelwurtz/aliquibus testis vulpinus, trifolium, folij liliaceis, ternis, frequentius geminis, officinæ carent.
Floribus purpureis.	Satyrium Erithronium, siue Erythracium seu rubrum, cuius duę sunt species, ex quibus alterum Triphyllon, nimirum Satyrion odoratum, pro vero satyrio vti licebit.
Candidi.	Sorborum flores.
Purpureis.	Solanum somniferum secundæ speciei, cuius Matthiolus mentionem fecit, floret.
Candidi.	Thlaspi lati & angusti, folij.
Lutei.	Verbasci odorati, schlüsselblůmen.
Candidi.	Virgæ sanguineæ, flores in vmbella.

Colores.	IVNIO, SOL in Cancro.
Crocei vel potiꝰ subflaui.	Abietis flores, Germani Tannenblůst/apparent circa solstitium æstiuale, Plinio attestante lib. 17. cap. 26. nostro Climate conspeximus mense Maio.
Cærulei.	Absinthij, Seriphij flores.
Lutei.	Absinthij Santonici.
Aurei.	Absinthij pontici.
Rosaceis floribus.	Altea id est, malua syluestris, floret vltra mensem integrum.
Subrubeo.	Aphace flore.
Punīceis	Anagallis vtraq; tam mas quam fœmina floribus.
Aurei.	Acorus syluestris, Germani gelb schwertelblůmen.
Cādidis.	Acantha uera, Germani Welsch bern klee/ latini Brancam vrsinam vocant, floribus decorata est.
Subluteis	Aristolochia tam longa quàm rotunda.
Candidi	Asphodeli, siue hastulæ regiæ, flores ab imo incipiunt.
Lutei.	Attriplex, vtraq; hortensis & syluestris.
Aurei.	Anguriarum.
Purpurei	Betonicæ.
Candidi & racemosi.	Batti siue Rubi Idei, qui à monte videlicet Ida sic denominantur, flores primo rubescunt, deinde apparent.
	Bryoniæ,

COLOres.	IVNIO, SOL in Cancro.
Candidi.	Barba capri.
Pallidi.	Bryoniæ, racematim cohærent, & in stellæ modum radiant.
Aurei.	Balsaminæ siue viticellæ.
Extrinsecus albis, intrinsecus luteis	Chamomillæ, à summo florere incipit.ex Diosc.lib.3. cap. 131. trium est generum flore tantum distantium. primum Herantemon vocant, quam consolidam Regalem existimat Fuchsius, Matthiolus hanc cumini syluestris speciem. alterum genus Leucanthemon dicitur, alio nomine Camilla, quorum sane vnicus vsus est in officinis. Tertium chrysanthemon appellatur.
Aurei.	Calendula siue Caltha, Germani Ringelblůmen/ floret singulis ferè mensium calendis Maio incipiente, Autumno autem magis apparent.
Candidi.	Carei.
Cærulei.	Cinoglossæ.
Cæruleis	Cyanus maior & minor floret.
Cãdidis & muscosis.	Cypros græcè, Ligustrum latinis, floret in eunte æstate.
Cærulei.	Centaurij maioris.
Purpurei	Cẽtaurij minoris, Mesues æstatis initio florem colligit, nos vero Augusto & autumno mensibus.

COLOres.	IVNIO, SOL in Cancro.
Luteis.	Cucumer satiuus floret, particulatim floribus.
Aureis.	Cucumer syluestris floribus.
Lutei.	Coronopi flores spicati &
Subpurpurei.	Ciceris satiui flores diu apparent, similiter & syluestres.
Cærulei.	Chamedrys vtraq; tàm mas quàm fœmina.
Cærulei flores.	Chondrylla, quam aliqui cichoreon, alij serin appellant, duum est generum, vnum caulem flores, & folia habet cichoreo similia, qua ex causa quidam syluestris Intybi speciem esse dixerunt. Germani Sonnen wirbele.
Lutei flores.	Alterum à lactis vbertate, præsertim à radice, quæ redundat, lacti folia seu latti folia appellatur.
Aurei.	Centum morbiæ, siue numulariæ.
Aureos.	Chamecy parissi, quam quidam pro abrotano fœmina ponunt, Germani Cypreß/ flores habet.
Cãdidi.	Chamecyssi.
Aurei.	Chamepytis primæ.
Cãdidi.	Chamepytis secundæ.
Lutei.	Chamepytis tertiæ.
Purpurei	Chamæleonis nigri.
Purpurei	Dipsaci Iunio & Iulio mensibus.
Cãdidi.	Dauci genera flores.
Purpurei	Echij.
Pnrpurei	Eringij, flores apparent post

COLORES	IVNIO, SOL in Cancro.
	post solstitium Cancri, circa finem fere Iunij.
Purpureum.	Eruum ruffum ostendit florem.
Subpurpureum.	Eruum pallidum: ambo hæc diutius florent, quàm frumenta.
Cādidos	Erithrodanum satiuum et syluestre flores habet.
Lutei.	Eupatorium, Dios. floret ab imo, & durat per mensem Iunium & Iulium.
Candidi	Epithymi.
Candidi	Filipendulæ, siue Oenanthæ.
Purpureos.	Gentiana, utraq; flores profert.
Subpur:	Gratiolæ oblongi flores &
Purpurei	Geranij quinti.
Lutei.	Hepthaphylli.
Cæruleos.	Intybus siue seris hortensis flores profert Iunio & Iulio.
Cærulei.	Intybus syluestris, cuius duæ sunt species, prima Cichorea, Germani Wegwarten / incipiunt particulatim florere & durant vsq; in autumnum: altera species syluestris, folio est latiore.
Cādidi.	Imperatorię flores.
Subpurpurei.	Lolium.
	Lilij albi, nec vlli florum maior excelsitas, interdum trium cubitorum conspicitur (si videlicet flos cum stipite mensuretur.)
Candidi.	Limonij veri.

COLORES	IVNIO, SOL in Cancro.
Candidi.	Lepidium, Iberis Damocrati appellata.
Candidi.	Lithospermi.
Purpurei	Lisimachiæ purpureæ.
Lutei.	Limafichiæ luteæ, Iunio & Iulio mensibus florent.
Candidi instar amili.	Laserpitij germanici flores.
Purpureis.	Lauendulæ, alias pseudonardus, floret Iunio & Iulio mensibus.
Subpur:	Malū insaniæ.
Lutei.	Melissa duorum generum, vnum floribus luteis, alterum floribus purpureis.
Aureis.	Melissa citrago floribus.
Cęruleis.	Melanthium siue Gith officinis Nigella, nomen à semine nactum, floribus.
Purpureis.	Melanthium floribus.
Luteis floribus.	Melanthium citrium.
Purpureis.	Melanthium syluestre floribus.
Punicei aut subpurpurei	Pseudomelanthium, quod Germani vocant Rotteln.
Cádidos purpureos & atros.	Morus arbor floret non prius nisi exacto frigore, ob id sapientissima arborum dicta est à veteribus flores habet.
Melini.	Meliloti ueri Iunio & Iulio mensibus.
Lutei.	Meliloti vulgaris.

K Melo-

COLOres.	IVNIO, SOL in Cancro.	COLOres.	IVNIO, SOL in Cancro.
Lutei.	Melonum.	Pallidi.	Pentaphyllum, siue quinque folium latinis, flores.
Candidi	Marrubij nigri fœtidi.		
Cādidis.	Nymphea floribus.	Sublutei.	Periclymeni flores mixti, nempè candidi & lutei, vel
Aureis.	Nymphea floribus.		
Cādidis.	Nasturtium satiuum.	Cādidis & lanuginosis.	Psylium primum & secūdum floribus.
Cādidis.	Nasturtium syluestre primū.		
Purpureis.	Nasturtium syluestre secundum.	Cādidi.	Pyrola flores in Capillamentis.
Purpureis.	Orminum tam satiuum quam syluestre floribus.	Rosei, punicei & Albi: omnes hi flores decerpendi, cū non planè explicati visuntur, ceu etiā capparū.	Rosarum differentias persequitur, Plin. lib. 21. cap. 4. q̄ differunt multitudine foliorum asperitate, leuore, colore, & odore, paucissima quina folia ac deinde numerosiora. Est & Rosa in campania Italiæ quam Centifoliam vocant. præstantissimæ sunt rosæ, quæ puniceo colore rubent, proxima laus ijs, quæ in ruffum candicant, vilissimæ candicantes.
Cādidis.	Orcoselinum græcè, Apiū montanum latine, floribus.		
Cādidis.	Oxyacantha Matthioli, latinis acuta spina, Germanis hagendorn/floribus.		
Cādidi, & racematim cohæret.	Oleæ flores omnes tam satiues quàm syluestres, mense Iunij apparent.		
Candidi	Plantaginis aquaticæ.		
Lutei.	Plantaginis maioris flores in spica cohærent.		
Pallidi.	Plantaginis minoris.	Purpurei	Rapunculi, in principio mensis flores apparent.
Intus lutei, extus albi.	Parthenium Fuchsij, quod nos supra pro Matricaria syluestri posuimus, Germ: wildt Chamillen/oder Krotendill.	Albis medio luteis	Solanum hortense tota æstate floret, floribus paruis.
Extrinsecus albi, intrinsecus lutei.	Parthenium satiuum, germani Mertram / latinis Matricaria diu flores apparent.	Candidi.	Solani halicacabi, officinis Alkakengi.
		Subrubei	Solani somniferi.
	Peponum flores.	Ex cādido lutescentes.	Solani peregrini.
Candidi et lutei.	Ptormicæ, siue sternumentatoriæ Germ: wild Bertram.	Cærulei.	Sij siue Laueris, Germani Bachmüntz/flores.
Ex purp: cæruleo,	Pilosellæ maioris flores.		
Lutei.	Pilosellæ minoris.	Echinos et purpureos.	Spina albæ Fuchsij, latinis carduus Mariæ, Germanis Fechdistel flores habet.
Aurei.	Pes Leonis, Matthiolus stellaria dicta.		

Colores.	IVNIO, SOL in Cancro.
Flores purpurei coloris.	Scorlea, floribus in caule secundum folia, per interualla prodeuntibus, ab Ormino satiuo Fuchsij distans.
Cãdidis in vmbella.	Sanibucus hortensis, syluestris & aquaticus, floribus gaudent omnes.
Purpureos.	Serpentaria maior aliàs Dracunculus maior flores habet.
Purpureos.	Serpentaria minor, aliàs dracunculus minor.
Flores purpurei & echinati.	Scolymi flos erumpit Hesiodo lib 2. de opere & die teste Solstitio æstiuali. in Germania verò mense Iulio. & quo tempore floret, aliud concipit, aliud parturit, de quo vide Plinium.
Purpurei.	Saluiæ maioris & minoris flores spicati Iunio & Iulio mensibus apparent.
Purpureis, candore mixti.	Serpillum hortense & syluestre, utrunq; ornatur floribus.
Luteis.	Sinapi hortense floribus.
Cãdidis.	Sinapi hortense floribus.
Aureum.	Sonchus aspera & leuis florem habet.
Purpurei	Sideritis, Iunio mense florere incipit, nec desinit nisi in autumni fine.
Purpurei & punic.	Spatulæ fœtidæ.
Cæruleis.	Scabiosæ omnes micant floribus.
Candidi.	Saxifragæ albæ.

Colores.	IVNIO, SOL in Cancro.
Aurei.	Sanctæ Barbaræ.
Lutei.	Sargi.
Subrubei	Scordij flores parui apparent, &
Subcærulei.	Stæchados.
Cãdidis.	Struthium floret Iunio & Iulio mensiqus grato aspectu floribus.
Lutei.	Staphisagriæ.
Lutei.	Sesalis Massiliensis.
Albi.	Sagittæ maioris & minoris.
Candidi.	Saracenici frumenti, Germani Heydel vocant, frumentum hoc copiosissimè nascitur & colitur, in mea patria Forcheim, flores diu apparent.
Flos in luteo cãdidus.	Scyllæ flores, secundum sationis tempus nunc ostendunt, Plinio autore lib. 21. cap. 17.
Ruffi.	Terebinthi flores racematim cohærent, ut in oleis uerum apparent.
Subflauis.	Tilia fœmina floret cum vrbanis arboribus floribus.
Rubeis.	Trifolij pratensis floribus.
Subrubei et cand.	Trifolij pratensis secundi.
Cãdidis.	Trifolij pratensis tertij, cũ floribus duntaxat.
Lutei.	Turcici frumenti. 1.
Candidi.	Turcici frumenti, 2.
Purpurei	Turcici frumenti. 3.

QVO TEMPORE FLORES COLLIGENDI.

Colores.	IVNIO, SOL in Cancro.	Colores.	IVLIO, SOL in Leone.
Cãdidos purpura mixtos.	Thymi, circa solstitium cancri, flores legimus.	Rosacei.	Altea, id est, malua syluestris.
		Rosacei.	Althea officinis, bis malua.
Cærulei.	Teucrion Fuchsij, Germani groß Battengel.	Lutei.	Anethi.
Cãdidis.	Vitis vinifera, floret circa solstitium cancri, floribus odoratis.	Candidi.	Anisi.
		Aurei.	Ascyri flores.
Purpurei	Veronicæ maris.	purpureis.	Amarantus floribus.
Lutei purpurascentes.	Veronicæ fœminæ mixti.	Luteis.	Amarantus floribus.
		Cãdidis	Anonis, siue ononis, alijs Restabouis, quod altis durisq; radicibus aratores, medijs insulcis remoretur, Iulio & Augusto mensibus floret, prima species floribus.
In purpurã rubescẽtes.	Vitiæ Wicken/florent Maio & Iunio mensibus, quæ longè differunt ab Aphacis.		
	Violæ Trinitatis, de quibus & supra diximus, nomen à floribus desumptum est, sunt enim superius purpurei, in medio candidi, inferius verò lutei, aspectu gratissimo, nullo odore, ab aliquibus laceæ dictæ.	Luteos.	Anonis, secunda species flores habet.
		Purpureis qui apparent Iulio & Augusto mensib⁹.	Anonis tertia species, floribus omnes hæ mense Aprili è veteri, aculeato caudice regerminant, mox sublimes quosdam ramulos spinis viridibus rigentes emittunt, infra autem thyrsulos aculeos producentes, qui autumno firmioribus spiculis perficiuntur.
		Candidi	Angelicæ satiuæ.
		Purpurei	Angelicæ syluestris.
		Candidi	Apij palustris siue Eleoselini.
		Aurei.	Absinthij pontici.
		Cãdidis.	Arbuti flores racematim dependent, floribus candidis, paruis lilij conuallij vocati figura.

Attra-

COLOres.	IVLIO, SOL in Leone.
Pallidi.	Attractylis, hirsutior & hortensis vulgo Cardobenedictus.
Purpurei	Anchusa, cuius aliquot species obseruentur, Germani vocant rot ochsenzungen/ omne genus in toto ferè caule purpureos explicat flores, à vulgari Buglosso non dissimiles.
Ceruleos	Buglossum magnum, Borago dicta flores habet.
Purpur: aut subrubētes.	Buglossi, vulgaris primi flores ostendit.
Nigriātes flores.	Buglossum vulgare secundum.
Purpurei	Bliti flores.
Lutei.	Botris.
Purpurei et cādidi.	Cyani seu fabæ flores durant quadraginta dies.
Purpurei	Ciceris nigri.
Candidi	Cucurbitæ flores, statim in principio Iulij & circa finem Iunij mensis apparent.
Lutei.	Colocynthidis.
Subpur: florere vidim⁹ in horto Illustrisi. comitū de Hohenloe.	Citreorum, Germani Citrinat blüst/calathi effigie capillamentis, quibusdam è medio emergentibus, apparent.
Purpur: candic.	Cardiacræ flores mixti.

COLOreis.	IVLIO, SOL in Leone.
Subrubei	Cannabis.
Candidi	Coriandri.
Candidi	Cicutæ.
Aurei.	Cnici.
Cærulei.	Cruciatæ.
Candidi.	Ceparum.
Purpurei	Campanulæ.
Purpurei	Calaminthæ Dioscoridis.
Purpurei ruffescētes.	Calaminthæ montanæ, cuius tres sunt species, iuxta florum colores, de quibus postea in Gattaria dicemus.
Candidi	Chameleæ, alij Mezereon.
Candidi	Cuscutæ.
Candidi.	Capparum, flores muria asseruandi, antequam se explicent.
Purpureos.	Chameleon, albus flores profert.
Luteis.	Digitalis lutea floribus.
	Digitalis purpurea.
Subpurp:	Dictamni albi.
Aurei.	Elenij circa finem mensis.
Lutei.	Erysimi.
Pallidi.	Erucæ satiuæ.
Lutei.	Erucæ syluestris, diu apparent.
Subpur:	Elxine, id est, parietariæ.
Candidi	Fœni græci.
Lutei.	Fœniculi.
Purpureis.	Gattaria prima, Germani Katzen nep oder müntz. alio nomine Calamentha, floribus.
Luteis.	Gattaria secunda floribus.

COLORES.	IVLIO, SOL in Leone.
Albis floribus.	Gattaria ſeu Nepeta tertia ſpecies floribus pulegio ſimilis.
Lutei.	Gnaphalij.
Cærulei.	Glyzericæ.
Cæruleis	Geranium ſextum cũ floribus.
Aureo, lilij facie.	Hemerocallis, Germanis Heidniſch lilien/flore.
Purpurei	Hyſſopi.
Aurei.	Hypericonis: Sanct Joannes blůmen.
Sublutei.	Hypoſelinum, Germanis Libſtückel.
Candidi.	Helxine Ciſſampeli.
Candidi.	Hyoſciami albi, flores ſunt.
Lutei.	Hyoſciami flaui.
Purpurei	Hyoſciami nigri.
Floribus roſaceis vel purpureis vel candidis.	Lichnis, cuius flos æſtatem primo nunciat, ut teſtatur Plinius, ceu viola alba & purpurea: huius variæ ſunt ſpecies, aliæ enim ſunt.
Lutei.	Linariæ.
purp. cãd	Lentis ſatiuæ.
Sublutei.	Lathyris.
Sublutei.	Lauri arboris muſcoſi, &
Cærulei.	Lini flores vulgo noti, nẽpe
Candidi.	Millefolij.
Candidi.	Maioranæ.
Purpurei	Maluæ hortenſis.
Purpurei	Marrubij ſiue praſsij, verticillato ambitu aſperi, Germanis, ſchwartz andorn.
Lutei.	Nardi celtici.

COLORES.	IVLIO, SOL in Leone.
Candidi.	Ocymi maioris.
Candidi	Ocymi minoris, flores diutiſsimè durant, incipiunt autem ab imo, & particulatim florent. legendi flores ante caniculæ ortum.
Candidi	Ocymi Caryophyllati
Purpurei cãdeſcentes.	Origani flores mixti, nempe.
Purpureum.	Perſonatia, ſiue arcion, officinis Lappa maior, folia habet cucurbitæ maiora tamen, hirſutiora, nigriora & craſsiora, caulem albicantem, quanquam interdum vidua caule reperiatur. florem oſtendit menſe Iulio in capite echinato, Germani vocant groß kletten kraut.
Purpureo.	Perſonatia minor, folijs minoribus, mollioribus & mitioribus aculeis, alba quadam lanugine circum quaq; obductis extat. hanc Plinius lib. 25. cap. 9. perſolatam vocat, quæ minoribus eſt echinatis capitulis, cũ flore.
Aureos.	Perfoliata flores gerit, è capitulis quibuſdam prodeuntes, & in ſtellæ modum radiantes folioſos, odore non ingrato, floret Iulio.
Album.	Petroſelini vulgaris, id eſt, appij hortenſis, Germani Peterle kraut/florem gerit Iulio & Auguſto.

Pſeuda-

COLOres.	IVLIO, SOL in Leone.
Punicei.	Pseudapij flores sunt odorati racematim coherentes, quibus flaccescentibus siliquulæ oriuntur, in quibus semen concluditur, Germani vocant Erdtnuß/ Erdtfeygen / floret Iunio mense, & principio Iulij. hoc pseudapium longè differt à vero Apio Diosc. lib.4.cap.170.
Albis.	Petroselinum macedonicum floribus.
Lutei.	Portulacæ domesticæ.
Sublutei.	Portulacæ syluestris.
Rosacei.	Papaueris satiui.
Lutei.	Peucedani.
Candidi.	Pimpenellæ saxifragæ.
Candidi.	Pimpenellæ maioris.
Candidi.	Pimpenellæ minoris.
Punceis.	Polygonum, floret usq; ad Septembrem floribus.
Luteis.	Potentillæ.
Purpurei	Pisarum.
Purpurei	Persicariæ.
Lutei.	Pyrethri, flore Chamemelino non anethi vmbella, ut Dioscorides reliquit.
Albi.	Pulegij maris satiui.
Purpurei	Pulegij fœminæ.
Purp. cādicātes.	Potamogeti.
Purpurei	Polij hortensis.
Purpurei	Polij syluestris.
Lutei.	Pastinacæ maioris.

COLOres.	IVLIO, SOL in Leone.
Candidi	Pastinacæ minoris.
Lutei.	Pastinacæ erraticæ.
Candidi & subpurpurei	Phu magni, id est, Valerianæ, Germani groß Baldrian.
Cærulei.	Pseudonardi maris, Germani, spicanardi blümen.
Cærulei.	Pseudonardi fœminæ/ Lauander.
Lutei.	Rutæ hortensis, græcis Pegani flores, Germani Rauten.
Cādidis.	Raphanus hortensis, Germanis Rettich / Iulio mense floribus apparet.
Candidi	Ricini, vulgo cataputiæ maioris.
Cādidi.	Rubiæ satiuæ.
Cādidi.	Rubiæ syluestris.
Aurei.	Senæ flores veluti Brassicæ Iulio mense visuntur, cuius folia Glycyrrhizæ respondent crassa, subpinguia, fabarum sapore, caule cubitali, à quo ramuli exeunt in lori Modum flexiles, floribus emicat aureis, purpureis intercursantibus venulis. herba hæc græcis antiquis incognita fuit, distatq; plurimum à Colutea, à Delphinio, à Pelicino, à Peplio, ab Empetro, & tandem ab Alypo Dioscoridis.
Purpurei.	Scrophulariæ maioris.

Scro-

COLORES.	IVLIO, SOL in Leone.	COLORES.	IVLIO, SOL in Leone.
Subrubei	Scrophulariæ minoris per æstatem ferè integram apparent.	Lutei.	Verbaſci maris.
Candidi & purpurei.	Smilacis hortenſis, ſiue phaſeoli.	Sublutei	Verbaſci fœminæ.
Cādidis.	Smilacis leuis, floribus in cacumine perpetuis multis rotundis, &	Aurei.	Verbaſci ſylueſtris, omnes ſpecies Verbaſci particulatim florent, & incipiunt ab imo, ut ſcilla & haſtula regia.
Lutei.	Teutli ſiue Betæ.	Albi.	Violæ matronalis, prima ſpecies.
Flores cādidos.	Tordylium, quod aliqui ſeſeli creticum vocant, Germani Berwurtz / Fuchſius illud eſſe primum genus Dauci oſtendit, folia fœniculi ſimilia habet, minora tamen & tenuiora.	Punicei.	Violæ matronalis ſecunda ſpecies.
Cādidi.	Thimeleæ.	Candidi.	Viburni flores, Germani arborem hanc vocant ſchlingenbaum/floret Iulio.
Lactei.	Telephij albi.		
Purpurei	Telephij purpurei.		
Lutei.	Tithymalli, genera omnia flores oſtendunt luteos, præterquam marinum, quod albos habet flores.		
Flos dēſus euadens in pappum ſeu lanuginem, Auguſto menſe.	Typhæ, Germani Narrenkolbenblůſt / hic flos cum adipe ſuillo vetuſto & eloto exceptus medetur ambuſtis.		
Candidi.	Vitis nigræ odorati flores &		
Candidi.	Vrticæ Romanæ.		
Purpurei	Verbenacæ maris.		
Lutei.	Verbenacæ fœminæ.		

Colores.	AVGVTSO, Sol in Virgine.
Purpurei Aurei. Puniceos.	ABrotani maris. Abrotani fœminæ. Anagallis mas.
Ceruleos	Anagallis fœmina flores.
Florē habet cādidū, tenuē & graue olentem.	Artemisia latioribus folijs
Cādidū.	Artemisia tenuioribus folijs, florem habet.
Luteum florem.	Artemisie tertia species.
Cādidos.	Ammi flores in vmbella.
Cādidos.	Anisi.
Luteos.	Ascyri.
Lutei interdum purpurei	Attractylis vulgaris siue Carthamus syluestris, Germ: wild saffran.
Candidi malè olentes.	Asclepiæ siue hirundinarię.
Luteus.	After atticus, à Matthiolo.
Aurei.	Balsaminæ.
Lutei & candicātes.	Brassicæ.
Purpurei	Centaurij minoris, Germ: Fieber kraut.
Aurei.	Cucumeris asinini.
Candidi & sublutei.	Euphrasiæ. Iulio Augusto & Septembri floret.
Lutei.	Eupatorij adulterini, siue herbæ S. Künigundis.
Candidi	Hydropiperis.

Colores.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
Cineritij & subcandidi.	Lupuli salictarij, Germani Hopffen.
Purpurei vel Rosacei.	Maluæ hortensis arboreæ, prima species.
Rosacei.	Maluæ hortensis, altera species.
Candidi	Myagri flores.
Purpurei	Menthæ flores, tam hortenses, quam syluestres omnes apparent.
Purpurei	Myricæ.
Intus lutei extrinsec⁹ albi.	Matricariæ, siue parthenij hortensis.
Candidi	Sysimbrij hortensis.
Candidi	Sisimbrij syluestris.
Candidi	Sysimbrij aquatici, Germ: Bachwurtz.
Candidi	Sysimbrij aquatici secūda species, Germ: Brunnen kreß.
Lutei.	Solidaginis Saracenicæ.
Aurei.	Senetij maioris, siue flos S. Iacobi.
Purpurei	Succisæ, id est, morsus Diaboli.
Aurei.	Tanaceti, Germ: Reinfarn, quod supra pro parthenio mare posuimus.
Purpureis.	Antirrhinon, Germ: vocant Sterckblůmen.
Luteis.	Antirrhinon secundū florib.
Cādidis.	Antirrhinon tertium florib.
Cādidi.	Arbuti flores racematim pendent liliorum conualliū instar.

Colores.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.	Colores.	OCTOBRI, SOL in Scorpione.
Purpurei	ASari flores vere & autumno legendi.	Candi-cantibus floribus.	ERica, ex Theophrasto arbuſcula eſt, multis à radice ſtolonibus, bis anno vere nempè & autumno floret.
Aurei.	Abrotani fœminæ.		
Purpurei	Cnici flores, quidam cãdidi, quidam purpurei, germinant & florent poſt æquinoctium autumni, & deniq; multum temporis. hæc Theophraſt. & Plinius.		
Cãdidi.		Flos in luteo cãdidus.	Scyllæ flores tertium, nunc ſationis tempus oſtendunt, Plinio teſte lib. 21. cap. 17.
Aureis.	Crocus, floret Vergilliarum occaſu per menſem ferè integrum floribus.		
Subpur:	Colchici floreſcentis.		
Purpurei	Cyclaminis.		
Lutei.	Calthæ.		
Lutei coloris.	Conyza maior florem gerit fragilem, qui in pappum abit.		
Luteum florem oſtendit.	Conyza minor, Germani vocant gelb müntz / oder dürwurtz.		
Luteis.	Conyza media floribus.		
Cãdidis floribus.	Libanotis, ſiue Roſmarini frugiferæ, quæ fœmina dicitur. Maio & Septembri menſe floret.		
Purpurei	Narciſci purpurei, Germani zeytloſen.		
Herbacei	Narciſci herbacei flores.		
Purpurei	Ocymaſtri flores.		

COLOres	NOVEMBRI, Sol in Sagitario.	COLOres.	DECEMBER, Sol in Capricorno.
Muscosis colore pallido, e quibus hyeme racemosi eduntur corymbi	Hedera nusquam non virens, ex Dios. lib. 2. cap. 171. cuius tres statuuntur differentiæ. Candida nigra & Helix, candida fructum fert candidum, nigra, nigrum, aut croci æmulum, quàm vulgus Dionisium vocat. Helix fructum non fert, sed albas habet viticulas, & folia parua, angulosa & concinniora: Maior porrò quæ fructum profert, & arborea hedera vocatur, florere incipit ad finem autumni, floribus.		Elleboris nigri hortensis, Germani schwartz Garten nießwurtz.
Flos croci modò, nullis adhuc apparentib⁹ folijs.	Hermodactyli, veri flos exitu autumni, qui alio tempore, Februario nimirum, & primo statim vere, erumpit.		

QVO TEMPORE SEMINA SINT COLLIGENDA.

SPecieatq; forma modo adornata planta cum ſit, omniq; ex parte folijs, floribus, carne, neruis, venis oſsibus & medulla, ceu recens ac tenellus fœtus, im modico humore, conformata. Reſtat ut reliquo deinceps tempore, ui caloris aſsiduo ſiccior atq; aridior fiat, cuncta firmentur, atq; ſemina gignantur, quo aſpirant & eſſe, viuereq; natura deſiderant omnia quæ mortali cõditione generata ſunt. Quanquam autem fieri nequit, ut id perfectè & omnino conſequantur, hoc tamen nacta ſunt, ut quodammodo ſempiterna ſint, non numero quidem, verum ſpecie, quæ ſemper eſt æterna. Quapropter immutabili æternitate, continuantur viuentium ortus et procreationes, ut quòd ſingulari ſubſtantia ſeruari nequit, ſpecie ſaltem perſiſtat. Etenim vſu venit, ut vnum quodq; indiuiduum, cum mortale & diſſolubile ſe ſentiat, aliud ſibi ſimile optet in locum ſuum reponere, in quod & languidum & inclinantem ſuam vitam quodamodo conferat, & per quod procreatione, quaſi repueraſcens, atq; renouatum quodammodo perpetuam fiat, & æternum: hanc dico procreationem, & frutices acceperunt, quos procreare manifeſtum eſt, atq; etiam nutriri & increſcere, quæ ex ſeipſis progignunt, ſemina nullo alterius congreſſu, ceu animalia. Semen igitur cum pars plantæ ſit, ex qua primò oriuntur ea, quæ ſecundum naturam conſtituuntur, non quidem ut ex materia, ſed ut ex motus efficiente principio, quæ eſt forma ætherea, à cœleſti ſpiritu orta & acquiſita. neceſſario igitur tempora, quibus ſingula ſemina matura & abſoluta ſint reſpicienda, neq; hoc ſolum, verum & altilia, præcellentia & florente ætate, in quibus ineſt flos roboris, facultasq; generandi quodque ſit abſolutè coactum, coctumq; planeq; imitatur naturam, plantæ arboris aus fruticis, obſeruanda. præterea in demetendis elaborandum, tam quæ in ſiliquis oſsibus, vaſculis, corniculis, aut capitibus includuntur, quàm quæ nuda proueniunt, aut quorundam fructuum medulla obſeſſa, ex fructibus videlicet ſummè maturis vbi ſiccari cœperint, priuſquam defluant, ex ſtirpibus iam ſiccis, nec amplius virentibus, qui ſanè in ſole expendendi, potiſsimum ex cucurbitæ,

cucu-

QVO TEMPORE SEMINA SINT COLLIGENDA.

		FORMA seminis.	IANVARIO. Sol in Aquario.
	cucumeris, & huius generis fructibus, ut eorum omnis caro exsiccetur, exempta autem huiusmodi semina à glutino lota, aliquantisper soli exponenda sunt, quæ ad annum vsq; vixq; ulterius, perdurant, rançorem non sentiant, nec diu soli æstiuo committantur, ne exucta aut euanida fiant, & si quæ sunt reliqua, quæ ad colligenda semina spectant, & de eorum durabilitate, lege Theophrastum 7. de historia plant: cap. 6. Nos tantum hic paucis admonere voluimus, ut Pharmacapolæ negligentiores cæteris admonerentur de præstantia & natura seminis cuiusq;, si legittimo tempore colligintur.	Granis adeo pusillis ac minimis utatomis cōparari poßit, ob id enim ęgrè perspicitur.	Cupreßi fœcunditas mira, trifera enim est, colliguntur eius coni mensibus Ianuario Maio & Septembri, semen ijs innascitur.

QVO TEMPORE SEMINA SINT COLLIGENDA.

FORMA.	FEBRVARIO, Sol in Piſcibus.	FORMA.	MARTIO, SOL in Ariete.
			Salicis ſemen Martio menſe colligitur, antequam maturitatem ſentiat, etenim ſemen amittit ocyſsimè, ob id Homero dicta eſt, frugiperda, Plinio teſte lib. 16. cap. 26.

QVO TEMPORE SEMINA SINT COLLIGENDA.

FORMA.	APRILI, SOL in Tauro.	FORMA.	MAIO, SOL in Geminis.
Sinapi non dissimili.	Leucoion, siue viola alba, Germani weiß Mertzen blůmen / semen in Aprili ostendit in capitulis.	Acomis simile.	Cupressi semen in conis, quos ter anno edit, reperitur. Hyacinthi semen, circa finem mensis colligitur, semen leuiter extergit & adstringit.
		Semen propè folia paruũ & rotundum.	Mercurialis syluestris, siue Cynocrambe maris, semen maturescit Maio mense.
		Pingue lentum & fuliginosum.	Paliuri semen, cuius frutex aculeatus & durus, Germani Waldt disteln / in siliquis rotundis conclusum, lini seminis instar. Saxifraga maior siue alba, radicem habet exilem, cui granula Coriandri similia adhærent, partim alba, partim rubea, quibus officinæ pro semine eius vtuntur, colligunt Maio mense.

FORMA.	IVNIO, SOL in Cancro.
Ruffum.	Alleluiæ, siue Trifolij acetosi semen in siliquis lunatis profert.
Nigrum.	Asari semen acino nõ dissimile, hoc mense & Septembri colligimus.
Ruffum.	Bulbi syluestris semen nõ tantum in caulibus, verum etiam iuxta radicem nascitur.
In siliqs exiguis, oblongũ angustũ & acuminatum.	Cerefolium, quod ab alijs falso Gingidium appellatur, Germani Kerbelkraut / semen producit Iunio.
Angulosum ac copiosũ.	Caron, Germani Kümich / semen in summo caulium nascitur, quinquennio non inefficax.
Minutissimũ est.	Filicis maris semen, quod auersis folijs inhæret, ad finem Iunij maturescit.
Racemosum.	Lunariæ minoris semen.
Nigrũ & oblongũ	Orminum satiuum, caule constat quadrangulo semicubitali, circa quem eminentiæ siliquis similes prodeunt, ad radicem versus nutantes, in quibus semen est.
Parua, rotunda, & fuluescẽtia.	Orminum syluestre calyculis pluribus in terram inclinãtibus constat, in quibus ad summum quatuor semina reperiuntur.

FORMA.	IVNIO, SOL in Cancro.
Pisi ferè magnitudine ex viridi nigricãtes.	Polygonatum latifolium, Germani weißwurtz / Baccas floribus excussis producit, circa finem mensis & principio Iulij.
Rubea multa, exigua tamen.	Paeoniæ maris, semina siue grana in capsulis, profert acinis punicorum similia.
Nigra, quinq; nimirũ aut sex.	Paeonia, fœmina summo caule siliquas emittit amygdalis similes, in quibus cum dehiscunt multa grana inueniuntur, mense Iunio & Iulio.
Semẽ disci figura exiguũ minutũ, & acutũ, & hac ratione à semine pastoris differt.	Thlaspi græcè, Capsila, siue scandulaceum latinis, tam latifolium quàm angusti folij, Germani hoc besen kraut vocant / illud Bawern senff oder kreß / vtrunq; Maio & Iunio floribus & semine prægnans inuenitur.
Semẽ in vasculis loculi speciem habentibus, profert.	Veronica, Germanis Ehrenpreiß / mas & fœmina, Iunio mense floribus & semine prægnans est.
Semẽ latũ & cõpressũ in siliquis lentium modò.	Vitia græcis Bicia, Germanis wicken / floribus & semine Iunio mense prægnans est.

QVO TEMPORE SEMINA SINT COLLIGENDA.

FORMA.	IVNIO, SOL in Cancro.	FORMA.	IVLIO, SOL in Leone.
Semē foliaceum, tenuibus quidem sed quincuncinalibus siliquis cōtinetur.	Viola alba, græcis Leucoion, Germanis weissen veyel/ semen inter ęstatis initia profert.	Terna aut quaterna nigriora tamen & minora, quā sunt lentes.	Aphace græcis pariter ac latinis, vulgo syluestris vitia, & os mundi, Germanis wildt wicken/ semen in siliquis lentium modo producit.
	Violæ luteæ, Arabibus Cheiri dictæ, Germanis gelb veyel.		
		Atrum et paruū.	Aquilegiæ semen in Capsulis ostendit.
		Semen ex baccis rubescētibꝰ legitur copiosum.	Aspargus altilis, Germanis Spargen/ circa finem Iulij mensis.
		Semē habet durū candidū, rotundū, à medio vmbilici modo leniter cōcauum.	Aparinæ, Germanis Klebkraut/ officinæ & herbarij nonnulli Aspergulam hodie vocant.
		Oblongum angustū & acuminatum.	Cherefolium, semen in siliquis exiguis profert.
		Semen aniso simile albidius tamen.	Cicuta latinis, & officinis græcis Conion.
		Semē spicatū her-	Cyperus, Germanis wilder galgas/ minuta folia in cacu-

QVO TEMPORE SEMINA SINT COLLIGENDA.

FORMA.	IVLIO, SOL in Leone.
bacei coloris.	cacumine cum ſemine, Iunio & Iulio menſe producit.
Semẽ gerit p̃ oĩa plantagini ſimile, circa finem mẽſis et principio Augusti.	Coronopus ex Dioſc. lib. 2. cap. 123. herbula eſt per terram ſtrata, fiſsis folijs, ſpicatis floribus, colitur in horto Illuſtriſsimorum comitũ de Hohenloe.
Rotundum lentis obtinens ſimilitudinem.	Coluthea ſemen producit in ſiliquis circa finem menſis, & principio Auguſti.
Siliquas habent breues in quib⁹ ſemẽ preſſum continetur.	Eruum ruffum. Eruum pallidum. Eruum candidum.
Semine lenticulis non abſimili.	Geniſta, Germanis Geniſt / in ſiliquis hirſutis, ſemen profert circa finem menſis.
Ruffum.	Geniſtella, Germ: Erdtpfrimen / oder klein ſtreichwurtz / ſemen in ſiliquis exiguis.
Leue glumoſum id ſponſilij ſemen accedens.	Gentiana maior. Gentiana minor, vtraq; Iulio menſe ſemen producit in calycibus. Iberis ſiue Naſturtium ſylueſtre, Germanis wilden kreſſen ſamen.

FORMA.	IVLIO, SOL in Leone.
Semẽ ut in geneſta thecis includitur.	Iſatis ſatiua. Iſatis ſylueſtris.
Latum cõpreſſum & foliaceũ.	Laſerpitium Germanis cũ officinis Magiſtrantia, ſemen circa finem Iulij menſis, & principio Auguſti producit.
Mollem colore puniceũ.	Lilium conuallium fructũ profert, aſparago non diſsimilem Iulio menſe.
Grana in ſiliquis, dura lata et ruffa.	Lupini ter florent Maio, Iunio & Iulio, poſt vnumquemq; florem ſiliquas producunt, in quibus continentur grana.
Grana 3. aut 4. exeunt.	Lolium in ſiliqua aculeata, cortice contumaci contecta.
Semẽ rubrum & racemoſum.	Limonium verum, cuius radicem officinæ falſo Ben rubrum appellant.
Nigro, p̃ interualla in caulibus.	Marrubium latinis, praſſium officinis, Iulio potiſsimum menſe ſemine eſt prægnans.
Semẽ in calicibus orbiculatum.	Naſturtium hortenſe.
In ſiliquis ſemen valdè exiguum.	Naſturtium ſylueſtre, tam prima, quam ſecunda ſpecies.

Nym-

FORMA.	IVLIO, SOL in Leone.
In capillamentis nigrũ, latũ, densum & pingue.	Nymphea alba. Nymphea lutea.
Herbaceum u, acuminatũ & triangulare.	Oxylapathum folijs durioribus, & tenuioribus folijs semen ostendunt.
Acuminatũ & rubeum.	Oxalis seu acetosa.
Racemosum.	Bonus Heinricus, herba est Oxalidis, semen profert.
Ruffum.	Papauer erraticum, tam primæ, quàm secundæ speciei, circa finem Iulij mensis & principio Augusti.
Rubrum gustuq; adstringens.	Pyrolæ in capillamentis semen.
Racemosum veluti in attriplici syluestri.	Pes anserinus, semen circa finem Iulij ostendit.
Plenas semine cãdicante.	Sinapi luteum, siliquas profert rotundas ac hirsutas.
Semine pullo & ruffescẽte.	Sinapi album, floribus nimirum albicantibus, crucisque effigiem referentibus, siliquis teretibus & oblongis, refertis.

FORMA.	IVLIO, SOL in Leone.
Striatum et oblongum.	Sanicula, quæ Matthiolo est quarta species pentaphylli, semen producit.
Semen p ramulos diffusum & rotundum.	Saxifraga lutea, Germani gelben steinklee/profert.
Semẽ in summis caulibus syluestri ormino simile gerit vtraq;	Saluia maior. Saluia minor, dicta autem latinis utraque est, quod ad multa, præsertim ad fœcunditatem salutaris sit.
Spinulis horridũ semen.	Spinachiæ, Germani Binetsch vocant.
Nuci simil quæ carytes nominatur	Tithymali Myrsinitis semen legitur cum hordeum turgescit, principio nimirum Iulij mensis, alternis tamen annis.
Semẽ in globulis tenue.	Vrtica maior.
Semen tenuius.	Vrtica minor.
In globulis semine lini minore.	Vrtica Romana, tempore messis semina vrticæ legenda sunt, vtrum verò semen eligatur, non refert, quidam Romanum semper præferunt.

FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.	FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
In filisq semen paruum.	Absinthij seripij marini semen, quod à quibusdam cina appellatur.	Latũ peponũ duplo mai⁹ cortice solidiori et nucleo grãdiori.	Anguriarum semen in fructibus, tanquam nucleus cõtinetur.
Semẽ nõ habet copiosum ceu pri⁹.	Absinthium santonicum.	In figura pistilli hęret croci colore.	Aaronis semen primum viride apparet, vbi maturescit croceum.
Semẽ habet rotũdum, racematim cohærẽs.	Absinthium ponticum: omnia hæc genera colligenda circa principium Augusti mensis, quo tempore semine abundant.	Foliatũ semen & cortice obductũ.	Attriplicis hortensis.
Semẽ illi est oblõgum luteum caput Thyrsi specie.	Acanthus siue Acantha, semine abundat statim in principio Augusti mensis, & circa finem Iulij.	Semẽ racematim pendet.	Attriplicis syluestris.
Album.	Altheæ semen in calyculis.	Nigrum.	Anchusæ species, quarum tres obseruentur, semen ostendunt.
Semẽ acino non disimile profert.	Asari à 15. die Augusti, usque ad 8. diem Septembris.	Corticeũ copiosũ racematim dependens.	Blittum album, et rubrum semen, singulis annis, ut in Beta ostendunt.
Tenue semen producitur.	Amaranti lutei in vmbella rotunda veluti Corymbris.	Semẽ in caulibus copiosum.	Beta candida, **mangolt:** Beta nigra, **rotter mangolt/** Beta russa, **rot ruben /** germani vocant.
In siliqs atrum.	Allerariæ.	Semẽ nigrum & striatum.	Buglossum verum, vulgò Borago dicta.
Cõpressum.	Attriplicis Domesticæ in folliculis.	Nigrũ & striatum.	Buglossum syluestre vtrumq;.
oblongũ et latum.	Anethi.	In folliculis.	Blattariæ semen.
Oblõgũ.	Anisi semen adoratum, &		Betonicæ

QVO TEMPORE SEMINA SINT COLLIGENDA.

FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
In spicato Thyrso thymbræ modo.	Betonicæ purpureæ semen.
Tenue semen.	Cassutæ, siue cuscutæ.
Candidũ & rotundum.	Cnici, in fine mensis semen producit barbæ modò hirsutumq;.
Hispidũ.	Chamelionis nigri.
S. atrum in Calyculis.	Chamedrys, vtraque mas nimirum & fœmina.
Sem: nigrũ, paruum iuxta alas.	Chamepytis, secunda & tertia species producunt.
Semina siue grana, lata cõpressaq;, arietis caput representantia.	Ciceris candidi. Ciceris nigri. Ciceris rubei, semina in siliquis duo concluduntur.
In siliqs rotundis grana, cõcludũtur	Ciceris syluestris.
Oblõgis capitulis paruum.	Cornopi satiui. Cornopi syluestris.
Nigrum.	Ceparum semen nigrescere incipiens colligendum, color enim niger maturitatis signum est.

FORMA.	AVGVTSO, Sol in Virgine.
Subrotũdum siue oblongũ & albũ.	Cardui Mariæ, Germani Fechdistel / Semen cnico non dissimili.
Nigrum. Semen in	Chelidonij maioris semen in siliquis.
calycib⁹ latum & oblongũ profert.	Digitalis luteæ. Digitalis purpurea.
Semẽ carpitur cũ maturitate nigrescit.	Dracunculi maioris. Dracunculi minoris.
Semẽ cãdidũ hirsutum & acre profert.	Daucus creticus, qui folia fœniculi similia habet, sed minora, Germani Berwurtz.
Semẽ oblongũ in vmbella, odoratũ acre.	Daucus secundus, qui folia Laserpitio similia habet, aromatum modo odoratũ, acre, gustanti odoratum & feruens.
Capite et semine anethi, oblongũ sapore acre.	Daucus tertius, folijs Coriandro assimulatur.
Primum viride mox rubeũ tandẽ nigrũ vbi maturuit.	Erithrodani siue rubię tinctorum semen.

FORMA.	AVGVTSO, Sol in Virgine.
Asperū.	Elxine, id est, parietariæ.
Nigrum.	Elenij.
Subhirsutum.	Eupatorij semen.
Semē in siliquis firmum.	Eruca satiua. Eruca syluestris, huius semen homines in Hispania sinapis vice vtuntur, est autem ad ducendam vrinam efficatior, & multo quàm satiua acrior.
Capiti viperarum similia.	Echium, Germani wildt Ochssenzungen / semina habet.
Paruum rotundū & puniceum.	Esulæ maioris, siue pepli in capsulis profert semen.
Subflauū pingue.	Fœni græci semen.
Foliatū cortice, instar atriplicis.	Filipendulæ siue Oenanthe semen habet.
In siliqs grana subrotunda.	Fabarum satiuarum magnitudine differentes.
Rotunda grana.	Fabarum syluestrium in siliquis compressis.
Granahabet triquetra nigra intus alba.	Frumentum Saracenicum quod nos Heydel vocamus.
Latū leue & glutinosum.	Gentiana maior.

FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
Rotūdū nigrū sapore acri ingrati odoris, friabile & squamosum.	Hipposelinum, quod est vulgare leuisticum, Germani Libstückel.
Nigro & oblongo acri solido et aromatico.	Hipposelinum Appollinaris, de sententia Dios. lib. 3. cap. 62. in Corymbis semine turget.
Semē ꝑducit cādidum.	Hyoscyamus, officinis Iusquianus albus, quo vtuntur medici solo.
Semen flauum.	Hioscyamus flauus.
Semen nigrum.	Hyosciamus niger, tria hæc genera Dios. lib. 4. cap. 50. notauit, quorum semina colligenda sunt in fine mensis, Galenus libro 8. simpl: Flaua & nigra semina fugienda esse præcipit.
Nigrum & triquetrum.	Hastula Regia siue Asphodelus uerus, baccas profert subrotundas herbacei coloris, in quibus semen concluditur.
Nigrum & oblongum.	Intybus maior, siue Endiuia.
Nigrum.	Intybus minor, siue Scariola.

FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
Sem: omnibus oblongũ in acutũ desinens album & nigrum.	Lactucæ rotundum. Lactucæ crispæ. Lactucæ capitatæ. Lactucæ syluestris.
Sem: paruum inter folia rotundũ erui magnitudine duritia lapidea.	Lithospermum, siue milium, solis satiuum maius. Lithospermum satiuum minus. Lithospermum syluestre.
Subrotunda.	Lens semina profert in siliquis orbiculata compressa.
Nigro solido & oblongo fœniculo proximo.	Ligusticum, seu cum Galeno Libiscum ex Dios. li. 3. cap. 49. nascitur semine.
Gustanti acri & aroma olenti.	Errant pharmacopœi hoc tẽpore plurimùm, qui pro eo leuistico vulgari vtutur, caule alto, crasso, cauo & geniculato, semine ingrati odoris, squamoso & friabili, nõ aroma olente. Cerma: libstückel samen.
Subflauũ cõpressum.	Linum vellitur Augusto mense intumescente semine, & flauescente colore.
	Lagopus, semen in panniculis muscosis lanuginosisq;

FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
	leporino pedi similib' admodum adstringentis gustus.
Paruum rotundũ subflauũ	Milium Germ: Hirsch/ Augusto mense demetendum, semen in iuba tereti & pendulo folliculo concluso.
Exiguũ, rotundũ geminorũ testiculorum modo.	Mercurialis mas semen. Mercurialis fœmina, semẽ producit racemosum & multum.
Nigrum	Melanthium quod et Gith officinis Nigella appellatur, German. schwartz kumich.
Nigrum.	Melanthium secundũ hortense floribus purpureis folijs Coriandrinis, ob id à German. schwartz Coriander nominatur.
Flauum.	Melanthium citrinum, cuius semen officinis incognitum.
Semẽ in siliquis striatis foris nigro amaro inodoro.	Melanthium syluestre, ab alijs pseudomelanthium.
Paruum rotundũ	Maioranæ.
flauũ, rotundũ infra amplitudinẽ sinapis. cuius dũtaxat vsus esse debet.	Melilotum verum, siue sertula campana, semen in tenuibus corniculis includitur.

Ocy-

FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
Semen paruũ & nigrum, cui et cortex obducitur.	Ocymum maius. Ocymum minus. Ocymum cariophillatum.
Odoratũ amarũ.	Peucedanum Macedonicum ſemen habet, petroſelino hortenſi non diſsimile.
Grana in ſiliqs ſeſe inuicem ſtipant.	Piſi maioris. Pſi minoris.
Semẽ in ſpica tenue profert.	Plantaginis maioris, minoris & longæ.
Semina dauco ſimilia ꝓducunt.	Paſtinaca ſatiua & ſylueſtris.
Semen Getta vocato, ſimile.	Perſonatia officinis Lappa maior.
Septẽ, 8. 10. aut plura habet cicerum manitudine.	Phaſeoli, grana in ſiliquis aut inuolucris.
Pellucidum & nigrum.	Perfoliatæ ſemen.
Semẽ cãdidum et rotundũ.	Papaueris ſatiui candidi, cuius plantam Thiliacen vocant.

FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
Nigrum in calycibus.	Papauer ſylueſtre, quòd à nonnullis philitis appellatur à quibuſdam verò Rhęas, ſemen producit. Eſt & papauer ſylueſtre ſecunda ſpecies, de qua Theophraſt. 9. hiſtoria plantarum cap. 13.
Semẽ leuem inuerſionẽ habet veluti fœnũ græcũ, ut bouis cornu videatur eſſe.	Papauer Spumeum, alijs Heradium et Corniculatum, ſiue ceratites.
Verſicolore.	Smilacis hortenſis ſemen.
Semine duplici rotundo ſcutulorum effigie odorato ſubacri.	Seſeli creticum, Tordylium dictum, recentioribus Siler montanum, ex Dioſ. lib. 3. cap. 51. multiplex eſt: nempe Maſsilienſe folijs fœniculi. Peloponeſe folio cicutæ latiore & craſsiore.
Triquetrum.	Staphiſagriæ ſemen.
Quę corculi figurã planè referant, ex nigro ſubuireſcentia.	Senæ Alexandrinæ, ex Thecis oblongis lunatis tenui pedulo pendentibus ſemen legitur, ſemina intus in ordinem digeſta ſunt.

Stæchas

FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
Triquetrum coloris spadicei.	Stæchas uel ſtichas, principio ferè menſis Auguſti, ſpicis flaueſcentibus ſemen reperitur copioſum.
Rotundũ & cãdidum.	Spinæ albæ ſemen Cnico ſimile.
Oblongũ nigrũ acre odore Myrrham referente.	Smyrnium ſemen in vmbella gerit anethi modo, ſemine braſsicæ maiore.
Semina in capitulis minuta.	Sagittæ maioris. Sagittæ minoris.
Latũ & compreſſum.	Sphondilij ſylueſtris ſemen ſapore ingratum, in folliculis.
Subrotundum.	Tinctorij ſemen.
Semen milio nõ diſsimile, paruũ & nigrum.	Trifolij odorati. Thymbra Dioſcoridis.
Rotundum et odoratũ.	Thymbra alterius generis, ambo hæc Satureia vel cunilla dicuntur.
Racemoſum nigrũ, plumis quaſi veſtitũ.	Vitis Nigræ, barbæ canæ effigiem præbens, ſemen initio herbaceum, vbi verò maturuit.

FORMA.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.
Tenue numeroſum.	ABrotani maris.
Rotundũ et minutum.	Artemiſiæ latifolij.
Acinoſum.	Aſari ſemen.
Rotundum & circinatũ	Anagallis mas. Anagallis fœmina.
Oblongum odoratũ.	Aniſum folio & flore vſq; adeo fœniculi æmulo ut occulis illuſis guſtu atq; odoratu internoſcatur, ſemine tamen minore.
Paruũ rotundũ & ſubflauũ	Amaranti purpurei ſemen.
Oblongum & plumoſum ſemen.	Aſclepia, ſemen in folliculis longis, quæ cum dehiſcunt oſtendunt.
Oblongum & ſquamoſum.	Alnus, Germani Erlebaum cuius ſemen.
Granula.	Anonis ſiue Ononis in ſiliquis fert.
Semẽ nigrum & reſinam obolens.	Aſcyrum hyperici genus.
Nigrum punctis depictũ.	Andro ſæmi, ſemen in calyculis papaueris nigri Dioſ.

FORMA.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.
Lupino ſimile in folliculis	Acatia, quæ naſcitur in Ægypto, ſpina inſtar arboris fruticoſa, ſemen.
Semen lenticula minꝰ fert autũno in loculis cõnexis, ternum quaternumúe capacibꝰ.	Acatia altera, quæ in Cappadotia, Pontoque prouenit, Ægyptiæ ſpinæ ſimilitudine longè minus, tenerius, humile, aculeorum vallo munitum, folia habens acuta, ſemen in autumno legitur.
Verũ ammi ſemẽ acre & amariuſculũ fit petroſelino exiliore.	Ammi, cuius genitiuo Ammeos officinę vtuntur. Pharmacopœi pro Ammi varia ſemina oſtendunt, nonnulli ſemina parua, oblonga & tenuia habent, alij ſimilia fœniculo, alij petroſelino vulgari adeo æmula ut vix viſu internoſci poſsint, niſi guſtum conſulamus, alij maiora cumino & nigra, quæ parua ſunt & paſsim vẽduntur.
In ſiliqs rotunda & parua.	Braſsica ſatiua capitata, & læuis ſemina producunt.
Subrotũdum ac paulò acuminatum.	Bryoniæ ſemen in acinis delitеſcit, glutinoſo ſucco immerſum.
Racemoſum.	Botris circa ramulos.
Panico ſylueſtri ſimile.	Blitum fatuum atque inſipidum olus, in cacuminibus fert ſemen.

FORMA.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.
Atomis ſimile, ut vix cõſpici poſsit.	Cypreſſus, tertio nunc conos profert, in quibus ſemen continetur.
Candidũ plenum grandiuſculũ.	Cnicus hortenſis ſemen profert, cortice tenui, medulla vnctuoſa & pingui.
Album pilis barbatum.	Cnicus ſylueſtris ſeu Atractylis, prima ſpecies fructum nigrum producit, in quo ſemen continetur.
	Alter Cnicus ſylueſtris, ſeu Attractylis ſecunda ſpecies, vulgo Cardobenedictus maturus eſt in Auguſto menſe.
Rotũdũ ac nudũ.	Coriandri ſemen.
Rotũdũ.	Cannabis ſatiua ſemen.
Tritico ſimile.	Centaurij minoris.
Oblõgũ & nigrũ.	Caltha ſemen oſtendit.
Longũ nigrum.	Caryophylli Indici maioris.
Copioſũ tenue, ut in Helenio.	Caryophylli Indici minoris.
Magnũ, latum, amygdalini nuclei figura.	Cucurbitæ ſatiuæ, tã longe q̃ rotundæ ſemen, in ipſo fructu cõtinetur, dulce & ſuaue, maturũ circa finem Septembris & principio Octobris.
	Cichorei ſylueſtris & verucarij.
Subnigrũ inſtar capituli.	Eryſimi ſemen in corniculis paruum acre.

QVO TEMPORE SEMINA SINT COLLIGENDA.

FORMA.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.
Craſsius anetho et guſtui magis blãdiens.	Fœniculum ſecundo anno à ſatione ſemen profert.
Nigrum.	Hiperici ſemen in ſiliquis hirſutis.
Racemoſum.	Hidropiperis albi.
Acre & rubeum.	Hydropiperis rubei.
Rotunda maiora eruis, q̃ cũ corticibꝰ exuuntur, cãdida ſunt & guſtu dulcia.	Lathyris fructum fert in ſummis ramis, tribus loculamentis diſtinctum, rotundũ, ceu capparim, in quo terna ſunt ſemina putaminibus inuicem diſcreta.
Paruum.	Lepidium ſemen profert.
In forma vmbilici numeroſum ſemen cõtinetur.	Maluæ hortenſis. Maluæ ſylueſtris.
Candida & hirſuta. Semẽ in ſiliquis.	Napi flaui ſemina, quæ Germani ſteck ruben ſamen vocant. Napi candidi ſemina, quæ Germ. weiß ſteckruben ſamen appellant, vel alio nomine trucken ſteckruben.
Semẽ in ſiliquis.	Napi ſylueſtris ſemina, q̃ germ: naß ſteckruben vocant.
Candidũ & hirſutum.	Paſtinacæ ſatiuæ ſemen. Paſtinacæ ſylueſtris.

FORMA.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.
Nigrum durũq;.	Pſilij ſemen pulicibus ſimile.
Latum.	Pytiuſæ lenticulæ modo ſemen.
Nigrũ in herbaceis caliculis cõtinetur	Portulacæ hortenſis. Portulacæ ſylueſtris.
Semine in modũ mori rubri.	Pimpinellæ maioris. Pimpinellæ minoris, vtraque hæc planta, quibuſdam ſanguiſorba, alijs ſolbaſtrella dicitur, herba elegans & perpulchra.
Durũ q̃d difficile euellitur	Peryclymenon vulgò matir ſylua, ſemen habet.
Lentum pingue ſiliqs cõcluſum.	Paliuri arboris Theophr. ſemen legit, libro 3. de hiſt. plant. cap. 19. autumno.
Album.	Rutæ hortenſis in anguloſis calycibus ſemen continetur.
In vuis racemiſq́; aſperis cortice nudatũ.	Ricinus, cuius ſemen officinæ Cheruam maiorem vocant.
Rotũdũ ruffũ & ſapore acutũ, rapi napiq́; ſemine cũ minꝰ, tum etiã durius.	Raphanus ſatiuus primus cuius ſemen in ſiliquis tumentibus, rapo quadruplo maioribus in mucronem deſinentibus continetur.

FORMA.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.
	Raphanus satiuus secundus, radix minus crassa, longè durior, acrior, & gustui ingratior.
	Raphanus Rusticanus, siue vulgaris, à Romanis Armoratia vocatus, folijs satiuo similibus ferè, sed magis Lampsanæ æmulis. Fuchsius vulgato nomine Kren oder Merrettich / vocat, sed falsò.
Rotūdū, albū, durū, opertū lanugine, lib. 21. cap. 4. Plin. test.	Rosarum semen continetur in ipso fructu, & legitur cortice rubeo ubi maturuit.
Nigrum	Symphytum maius, quod alio nomine pectron appellatur, semen veluti verbasci ostendit.
Nigrum paruum lupino simile.	Smilacis leuis semen.
Nigrum.	Syderitis.
In siliqs exiguū acre erucæ instar.	Sysimbrij hortensis, vulgo Mentha Romana, semen Sysimbrium aquaticum, vel Lauer.
Ruffum rotundū acuminatum.	Sorgi, Germani Welschen Hirsch samen.
Rotūdū et rubrū.	Spatulæ fœtidæ, in siliquis profert.

FORMA.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.
	Tithymalorum semina autumno leguntur, quorum genera sunt.
Rotūdū cādidū.	Charatię semen in capitulis, alternis tamen annis.
Simile eruo.	Paralij semen.
Rotundum.	Cyparissij siue Esulæ minoris in capitulis semen.
Rotūdū.	Helioscopij semen.
Oblōgū.	Dendriformis.
Paruum.	Platyphylli.
Rotūda.	Tiliæ fœminæ, semina in baccis orbiculatis continentur, quæ siccata sole, leuiter tunduntur, feruefactaq; loco mundo reponuntur.
Nigrum.	Verbasci nigri & syluestris.
Album.	Verbasci albi semen, ex Dioscoride lib. 4. cap. 89. hæ differentiæ duæ summæ habentur in quibus mas & fœmina intelliguntur.

QVO TEMPORE SEMINA SINT COLLIGENDA.

FORMA.	OCTOBRI, SOL in Scorpione.	FORMA.	OCTOBRI, SOL in Scorpione.
Subalbidum.	ABies, græcis ἐλάτη, Germani Tannen / legit semen Plinius, lib. 16. cap. 26. post Vergilliarum occasum.		
Nuclei ob longi duris putaminibus conclusi, interior nucleus tenui tunica circũtegitur flauo colore.	Piceæ. Pini domesticæ. Pini syluestris Ideæ. Pini syluestris maritimæ. Pini syluestris Muago dicta. Pini syluestris Crembo dicta, Germani Hartzbaum / Fichtebaum / oder künholtz.		
Semine nigro, melanthio seu nigellæ simile.	Ocimastrum, quod Germanis wilder Basilig appellatur Plinio lib. 20. cap. 13. attestante. folia habet Ocimo similia, siliquas hyoscimo persimiles.		
Cnici figura, lanuginosum.	Scolymus, latinis Carduus dicitur & Strobilus, Columellæ cinaria. Germani Articoca oder strobildr dorn nominant, semen ostendit.		

FORMA.	NOVEMBRI, Sol in Sagitario.	FORMA.	DECEMBER, Sol in Capricorno.
Candi-dum & latum.	FRaxini semen, quod alio nomine Orneoglosson, siue lingua auis, Germanis Stein eschern dicitur, initio Nouembris decerptum, & in furno siccatum datur, per quam vtiliter calculosis ex veteri vino. Libanotis fœminæ frugiferæ, cuius semen canchrys vocatur.		

Ianuario

QVO TMPORE FRVCTVS COLLIGENDI.

FORMA.	IANVARIO, Sol in Aquario.	FORMA.	FEBRVARIO, Sol in Piscibus.
Fructus, crassus, durus & cõpactus	Cvpressus vel Cyparissus, rusticæ & vrbanæ plebi notissima arbor, ter in anno frugifera est. Ianuario, Maio & Septembri, de qua Plinius lib. 16. cap. 27. & Diosco. lib. 1. cap. 77.		
Quęante maturitatem virescunt & deinde nigrũ colorẽ contrahunt, mense Ianuario	Hæderæ arboreæ Corymbi racemosi eduntur, ligustinis grandiores.		
Baccæ subrotũdæ, q̃ aut è viridi nigrescũt, aut è viridi albescũt.	Lauri Baccæ, Ianuario Aquilonis afflatu siccante leguntur, expanduntur q́; raræ ne calefiant aceruo. Plinio attestante lib 17. cap. 10.		
	Pini fructus, nullo non mense maturescit, quo enim mense ex ea nux decerpitur, eodem maturescit & alia, & sic dispensatus toto anno, hæc Plinius.		

QVO TEMPORE FRVCTVS COLLIGENDI.

FORMA.	MARTIO, SOL in Ariete.	FORMA.	APRILI, SOL in Tauro.
	AMygdala, quæ et nux Græca dicitur, ex Dioſco. lib. 1. cap. 139. duplex eſt, alia amara, quæ medicamentis, alia dulcis, quæ cibo idonea eſt. Dulcis in Macedonia & Ægypto, Plinio atteſtante lib. 16. cap. 25. matura eſt Martio.		SAlicis fructus in principio menſis colligendus eſt, ante maturitatis gradum, vel ut Plinius teſtatur, antequam in araneam abeat, ocyſsimè etiam perdit fructum, ob id ab Homero frugiperda dicta eſt.
Racemoſum, fructu folliculo, corniculi modo intorto, in quo includitur liquor limpidꝰ, qui tandem veteraſcens vertitur in beſtiolas ijs per ſimiles q̃ ex Vlmi et Therebinthi folliculis euolant.	Lentiſcus, ter in anno fruges fundit, ut Ciceronis verba referam. Iam verò ſemper viridis, ſemperq; grauata. Lentiſcus, triplici ſolita eſt grandeſcere fœtu. Ter fruges fundens, tria tempora monſtrat arandi.		

QVO TEMPORE FRVCTVS COLLIGENDI.

FORMA.	MAIO, SOL in Geminis.
Crassa duraatq; cōpacta.	CVpressus arbor, secundo nunc fructum maturat forma.
Rubeæ, Albæ, & molles sunt.	Fragaria, fructus suauitate commendata, gustu Maio mense arridente, biliosis æstuantibusq; ventriculis & siticulosis, non leuis commodi, Germ: Erdber.
Orbiculata & præssa.	Lupini, ter siliquas in anno producunt, Maio Iunio & Iulio, in quibus grana 5. aut 6. membranis distincta continentur.

FORMA.	IVNIO, SOL in Cancro.
	ARmeniaca, q̃ & Chrysomela, id est, aurea mala, quanquam & cotoneo competant, vti & citrio ex Atheneo lib. 3. ca. 5. à latinis præcotia dicta, eo quod ante alios fructus fugaces sint, & cum alijs horeis fructibus marurescant. eorum quædam sunt minora, quæ Germana appellatione vocamus Amareln. Quædam maiora, inter Persicum & Armoniacum media species, subfulua, carnosa, odorisq; Persici sunt, Germani S. Ioannes Pfirsing.
Orbiculata & prssea.	Lupinorum fructus, in siliquis grana, 5. aut 6. membranis distincta, reperiuntur in fine mensis & principio Iulij.
Fructum racemosum folliculis corniculi modo intortis ostendit.	Lentiscus arbor est in Chio Insula, ex qua resina lentiscina, vulgo Mastix. græcis Mastiche, resudat Diosco. autore lib. 1. cap. 75.
	Myrtus ex Dios. lib. 1. cap. 228. satiua, nigra, vtilior est medicinæ, quàm candida, & in hoc genere multò magis montana. semen tamen imbecillius parit. Duæ itaque Myrti species, altera candidæ comparata, nigrescens, alte-

FORMA.	IVNIO, SOL in Cancro.	FORMA.	IVNIO, SOL in Cancro.
Baccas ferũt oblongas, agrestes oleas quadantenus referentes, multo sanè syluestribus maiores. Colore & magnitudine iuniperino non absimiles, vinosum & austeriusculum, et in summitate cõcauũ, vmbiliciue modo.	ra nigræ respectu, albicans & in purpuram pallescentes. Satiuæ sunt & syluestres vtriusq; coloris. Satiuæ sunt Myrtus exotica, Myrtus Romana. Myrtus, Tarentina quæ in arbores facilè adolescunt ramis flexibilibus, ac lentis. Myrtus syluestris, Germani vocant Heydelber/ oder schwartzber/ fructum fert.	Baccę nigræ aut ex nigro purpurascentes, vinosæ minuto semine refertæ.	Solamum, Somniferum secundum, quod Matthiolus pingit lib. 4. cap. 69. supra Diosc. folijs angustis, caule anguloso, floribus tintinabili figura subpurpurascentibus in ambitu denticulatis, floret Maio mense, Baccas maturat Iunio & Iulij principio.
Baccę flauæ & sub dulces.	Vua crispa, vulgo spineola, veris initio statim pubescens, postea flore atq; acinis candicantibus, primũ acerbitate grata herbacei coloris per maturitatem flauescentibus granosis translucidis cum dulcore, Germani vocant Klosterber.		

FORMA	IVLIO, SOL in Leone.
Fructus prodeũt Perſicorum forma, ſed aureo aut luteo, colore cum purpura miſto.	ARmonica maiora, græcis πραικόκκια, καὶ βερεχόκκια dicta ſunt, Germani Sanct Johannes pfirſing / ut ſupra diximus.
Baccas rubentes longo pediculo dependẽtes, duro intus loſſiculo piſi magnitudine aut maiore, in q̃ nucleus concluditur, ſubamariuſculo ſapore.	Ceraſus arbor notiſsima, Germani Weichſelbaum / profert baccas rubentes. Genera ceraſorum ex fructus colore, duritie, guſtu ſortiuntur nomina, ut Plinius lib. 15. cap. 25. teſtatur. Alia dulcia, alia ſubamara, alia auſtera, alia acida, alia inſipida reperiuntur. De ceraſo lege & Theop. 3. de hiſt. plant. cap. 13.
Grana 5. aut 6. mẽbranis diſtincta.	Lupinus, tertio nunc ſiliquas producit in quibus cõtinentur.
Fruct⁹ niger & mollis, ſanguineoq; ſucco plenus.	Morus ex Dioſc. lib 1. cap. 143. arbor duplex eſt Nigra quæ & celſi dicitur: & candida. Nigra rurſus duplex, ſylueſtris arbor, quæ bátos, latinis rubus dicitur, de qua

FORMA.	IVLIO, SOL in Leone.
	Dioſc. li. 4. ca. 33. cuius fructibus Iunio & Iulio menſibus veſcimur, Ger: Bramber vocãt, Domeſtica arbor Mora in fine æſtatis ꝓfert, Germanis Maulber.
	Rubus Idæus, græcis βάτος ἰδαία fortaſsis ab Ida monte denominationem cępit, quod ibi copioſiſsimus habeatur, naſcitur & noſtris regionibus, breues ſpinas habet et tenellas ipſa arbuſcula, tenella etiam & flexili exiſtente, fructus Hindber / vocatur à Germanis, extrema æſtate, maturi decerpuntur. Sic de ijs Horatius, 2. ſermonum Satyra. 4. illa ſalubres. Æſtatet peraget: qui nigris prandia moris Finiet, ante grauem quæ legerit arbore ſolem.
	Albæ ſiue candidæ antiquorum, nemo recordatus eſt ſolo excepto Ouidio: de qua infra dicemus.
	Ribes ex Serapione, authore Iſach, eſt planta, proferens capreolos, recentes rubeos ad viridem inclinantes, grauis prædita dulcacido guſtu, Germoni Johannes berle / vocant, Iulio menſe potiſsimum leguntur.

FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
Prîmo virides, deinde ruffeſcẽtes & rotundæ.	Asparagi altilis ſiue hortenſis, baccas cum ſemine legimus æſtate.
Flauæ, plani integri nõ eroſæ leues, intus cãdidiſſimè.	Amygdalarum dulcium fructus vulgo vbique noti, ſunt verò German. Mandelkern. Amygdularum amararũ, Germ: Bitter mandel kern.
Rotũda, magna aureo colori.	Aurantiarum mala, fulgoris auri æmula, ideo aurea dicta ſunt, quibuſdam aurantiæ, quod in eum inclinent colorem, qui vulgo ranzo dicitur, aut verius ab Arantia oppido Achaiæ, ut ex Hermolao, 5. ſui corollarij cap. 422. videre licet, Germani vocant Pommerantzen öpffel.
Pręgrandia mala, inſtar melonum, herbaceo virẽtia colore.	Adami poma, Germani Adams öpffel.
Fructum extuberante põderoſo herbaceo colore maculo-	Anguriarum, Germani vocant Gurchen / viridis aut verius, ex viridi & ſubpallido interſtinctus fructus: oblongus inſipidus cum læuore, ſemine rubicundo.

FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
ſo tamen ea parte, qua humi iacet albicáte carne intus humida & aquoſa.	
Calyce fimbriato, rotundo, nucleo molli intecta barba.	Auellana nux gręcis pontica, ut latinis prænestina, ex Dioſ. lib. 1. cap. 161. ut etiam λεπτοκάρυα atque edomita, Germ. Haſelnuß / quædam ſunt ſylueſtres, & hoc menſe mætureſcunt.
Vtriuſq; fructus imaginẽ longę pyri referũt ſuntq; in glandib⁹ lõgè maiores: in rotunda vero rotundiores, pauloq; minores ſpectantur.	Ariſtolochia rotunda. Ariſtolochia longa. Ariſtolochia clematides, hæc rara admodum & paucis nota eſt, duæ priores ſunt notiſsimæ.
Veſicam hali cacabi verucoſam,	Balſamina ſiue Viticella mas, Germani Balſam kraut / planta viſu pulcherrima, hortorũ cameras feneſtraſq; per

FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
vtrinque turbinatá, in qua semé maturitate dissilit, inanitate confractum apparet, nũc candidũ nũc rubrũ & rotundũ, vna ex parte coloris nigri, cordis effigiem exprimés.	per cancellos tegit, fructum maturat & perficit, Augusto & Septembri mensibus, qué & Hierosolimitanum pomum vocant.
Fructu oblongo & maculoso.	Cucumer satiuus latinè, σίκυς ἥμερος atticè, communis multis generibus dictio, de quo Theophra: 7. histo. plant. cap. 4. primo intelligimus genus, quod vulgo cucumer vocant.
Oblongꝰ non maculosus, sed flauꝰ, semina intus habet lata & alba.	Cucumis satiuus, Turcicus siue peregrinus, priori multo maior ac procerior, Germani Citrulen appellant, quasi citrinum,

FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
Fructus rotundꝰ semina minora habet, q̃ priores cucumeres.	Cucumis Marinus, Germani Meer cucumer / officinis incognitus.
Fructum rotundũ herbacei coloris, semina in rufo atra.	Cucumis citrulus dictus, Germanicè Citrulen.
Baccas oblõgas oliuę modo fert primò virides tandem permaturitatem rubescunt.	Cornus, vulgò cornalo ex Theoph. 3. de hist: plant. duplex, quædam mascula, quędam fœmina, Mas per æstatem, fœmina autumno fructum perficit.
Racemosus rubeus.	Dracunculi maioris fructus, in summo caule, coloris primum cineritij, mox per maturitatem in crocum & purpuram vergens.
Colore primum herbaceo et cum ematuruit croceo.	Dracunculi minoris fructus, summo caule racematim cohæret.

FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.	FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
Rotũdas baccas.	Erica baccifera, Germanis Heyden / arbor fruticosa, ex Diosc. lib. 1. cap. 100. describitur Myricæ similis.		Hali cacabum peregrinũ, q̃d describit Matthiolus lib. 4. comment. supra Diosc. cap. 69. profert vesicas virides, semine intus pullo erui magnitudine aut paulo maiore, in cuius latere veluti humani cordis effigies visitur.
Effigie humani vnguis colore nõ simplici, sed aut fuluo, aut nigro, aut herbaceo, aut coccino.	Fabarum, in siliqua plerumq; semipedali, continetur intus fructus.	Rotũdũ fructum pediculo longo appensum in medijs folijs.	Hippoglossum Matthioli, quod Fuchsius pro Daphnide Alexandrina posuit, producit.
Molli pulpa granis innumeris referta.	Ficus maturescunt Iulio Augusto & Septembri mensibus. Siccæ officinis caricæ appellantur, è Massilia & Piceno aduectæ sunt, cæteris præstãtiores: paruæ quidem, sed gustu suauiores.	Grana ex albo flauescẽtia et amara.	Lupinorum in siliquis.
Vesicas ꝓferens colore primum herbaceo mox paulatim rubescente, turbinatas, semẽ intra se claudentes ruffũ, acino vuæ tũ figura, tũ magnit: assimile.	Halicacabi vesicarij fructus, officinis Alkekengi Arabum exemplo, Germanis Judendockle vocatur, qui nõ nisi autumno maturescunt, sæpe etiam (pro clementia cœli et soli) in fine Augusti.	Poma oblonga cute non crassa, ceu citreę flauo cortice contecta succo prægnantia,	Limoniarum pomum, Germani Lemonien / etsi Limonia tum facie tum facultate citria referant, attamen citrijs sunt minores.
			Melones, qui & pepones, & Melopepones, confusaneè proferuntur, ex Gal. 2. alim. facul: cap. 4. & 5. & Paulo Ægineta lib. 1. cap. 80. inter se differunt figura & quantitate, ut quum quantitate excesserint pepones dicantur, Germa-

FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.	FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
Rotundi mali cotonei formam fere referunt.	Germani Pfeben, Cum verò rotundam formam mali effigie adepti sunt Melopepones. Germ. Melaun. Mora batti, Germani Hindber. Mala mustea. Germ: vocant Honig apffel. Cæterum hoc loco de pomis, quæ & mala vocantur obiter notandum est. siquidem de ijs mentio frequenter incidet. Mala siue poma quæ nos appellamus, græci μῆλα, Germ: Apffel / diuersarum sunt specierum, quę vix explicari & pernotari possunt, aut enim nominantur à colore & odore ut Rosea. Serica aurea apud græcos χρυσόμηλα, aut à sapore ut acido, acidula, dulci, dulcia, græci μελίμηλα, Honig öpffel/ Aut à primo insitore qui eorum fructuum coloniam alio deduxerat: ut à Martio Mariana, quibus contentus erat Domitianus in cæna teste Suetonio cap. 21. Ab Appio Claudio Claudiana, à Manlio Manliana, à Quirio Quiriana: Aut à figura ut rotunda, orbiculata, Germani scheubapffel/ ab effigie mammæ Germ: düttels öpffel. Aut ab esu, veluti quæ statim in-		ter edendum liquescunt, instar farinæ, farinaria dicuntur, Meling öpffel/ oder Meling birn. Aut à tempore, sic Germani vocant Haber birn & Haber öpffel. Aut à patria veluti ex municipio deducta ut Persica à perside, apud latinos præcotia, Punica à poenis iuxta Carthaginem, vulgo Granata Granatöpffel / Cydonia à cydone, cretæ oppido latinè cotonea. Aut à mense ut Augusto, Augusta Germ: Augstöpffel / & sic de alijs innumeris pene appellationibus, lectorem admonemus in pręsentia, ut quisq; pro suo more imponat nomina quibus populus vtitur: & licet singulis agris ferè mutationes occurrunt, in tres tamen quatuorúe, præcipuas reduci possunt, ut Gal. scribit lib. 2. aliment: facult: cap. 21. Alia enim acida, quædam acido dulcia et dulcia, alia insipida, aliqua austera reperiri, quæ in Medico vsu intelligenda sunt. Nux iuglans, id est Iouis glans, siue Regia ex Dios. lib. 1. cap. 142. à nonnullis Persica vocata, tá nota est, quàm notissima. Pyra

FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
In vniuerſum omnibus commune eſt pyris ut in turbinē deſinant.	Pyra præcocia, Germ: Haber biern/ à tempore maturitatis. Pyra muſtea, in principio menſis Auguſti, Germ: Moſt biern. Pyra mellina, Germ: Honig biern. Pyra Turbinata, Germ: Rappen biern vocant. Pyrorum multa & alia ſunt genera, quæ diſtinguit Dioſcorides lib. 1. cap. 132. in ea quæ adſtringunt, quæ acida aut dulcia, & q̄ ex horum mixtione compoſita ſunt: alia odora ut Apiana, alijs Moſchatula ſiue Moſchata vel Chia, Germani Moſcatteller biern/ omnium minima ſunt, quæ nos vidimus. Pruna ex Dioſcoride lib. 1. cap. 137. Syriaca & Damaſcena tantum enumerantur. Plinius & Theophraſtus etſi prunorum differentias longius tractant, quædam enim alba, nigra, rubra, cereola, purpurea, viridia, verſicolora ſunt, quædam craſſa, parua, mediocria, longa, rotunda, oualia, quædam dura friabilia, quædam dulcia, & acida, inter hæc medij guſtus, etſi inquam innumeræ ſint differentiæ, in duo ta-

FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
	men præcipua genera reducuntur, ſatiua nempè & ſylueſtria. Noſtri itaq; pharmacopolæ Damaſcena quędam vocata, perfectè nōdum matura exſiccant, ijs in omnib⁹ tum decoctis, tum Antidotis confuſaneè vtuntur, ſed hæc alijs diſcutienda relinquimus. nos hîc prunorum quorundam nomina duntaxat, quæ hoc menſe matureſcunt ſignificabimus. nempè pruna ſebeſtina, græcis Myxa & Myſſaria, fructus in racemis prædulcis, viſcida pulpa, vnde Myxarum appellatio.
In glādis magnitudine paulò minor quā pleraq; pruna ſunt, ubi maturuerit glaueſcit	Pruna Damaſcena, quæ in Damaſco vrbe Syrię naſcuntur. Pruna Aſinina, Roß pflaumen. Pruna Onichiana, kleine braune pfleumle.
Nigri & rotundi.	Rubiæ ſatiuæ, fructus vbi maturuerint apparent.
Baccas, rubeas et rotūdas, intus nucleo oſſeo.	Ruſcus, officinæ Bruſcum appellant: iſt ein ſtechet kraut/ hat mitten rotte berle/ maturus fructus in fine menſis, aut principio Septembris.
Candid⁹ ſcaber & oblong⁹.	Roſmarini fructiferi, cachrys fructus vocatur. Sam-

FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.	FORMA.	AVGVTSO; Sol in Virgine.
Racemosi in nigro purpurei. Rubeæ et rotundę.	Sambuci vrbanæ fructus, Holderber / in vmbella cohærent. Sambuci Montanæ siue syluestris. Baccæ non in vmbella sicuti in vrbana cohærent, sed in racemis uuæ modo dependent.	Oblõgũ et orbiculatũ magnitudine fabę similis hederæ acino q nis angulis veluti neruis eminentibus in que acutum.	Tilia fœmina in fine mensis fructum maturat, mas autem, nec flore, nec fructu exhilaratur.
Rubẽtes oxy acãthæ magnitudine vinoso succo refertæ, q̃ deuoratæ vomitiones cient.	Sambucus palustris virgis sambuci, æmulis geniculatis alba intus medulla, sed caduca & fragili materie: flore albo sambuci modo, à quo Baccæ prodeunt augusto mense.		
Ruffum purpureum & acinosum	Terebinthina mas, quibusdam granum viride, eo q̃d fructus suos in viridi pallidios ferat, messis tẽpore. Plinius lib. 16. cap. 26. postea ruffum tingit, cum vite maturescit, nigrum nouissimè facit.		

FORMA.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.
	Acatia quæ in Ægypto nascitur, semen in folliculis lupino simile profert, ex quo succus expressus siccatur in vmbra, niger & maturo semine, subruffus ex viridi eligatur, modice ruffus & odoratus succus.
In loculis cōnexis semē profert.	Acatia altera, quæ in Capadotia Pontoq; prouenit Ægyptiæ spinæ similitudine longè minor & tenerior, folia habens rutæ simillima, semen lenticula minus fert Autumno, quo tempore colligendum, antea enim collectum nimis validum fiat.
	Cupressus vel Cyparissus, tertio nūc fructum maturat, profertq; conos.
Nuces solidæ & albæ cortice puniceo obducta.	Castaneæ, quæ & Sardianę glandes, aut Lopima, siue glandes Iouis appellantur, quædam syluestres, quædam hortenses sunt, Germana appellatione omnes Kesten vocamus.
Baccas oblōgas rubeas nucleo oliuæ simili, q p maturitatē fuluescitet flocculis int° cōtinet.	Cynosbata, id est Rubini nicade quo Dios. lib. 1. cap. 106, Ger. Hagendorn berle.

FORMA.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.
Baccas rubentes oblōgas, et seminibus, seu granulis intus numerosissimis.	Cynorrhoda, Germ. Hagenbotten oder hipffen vocant.
Fructus paruus oblōgus asper, amaroq; succoplenus.	Cucumer syluestris, vulgo cucumer Asininus quibusdā anguinus ex Dios. lib. 4. cap. 136. fructu solo distat à satiuo cucumere, maturicum virides esse desinant, & pallidi fiant, ex quibus fit Elaterium, id est agitatorium.
	Chamæleam & thymeleam Arabes, ut ex Serapione videre licet, confusè satis ac perplexe Mezereon appellarunt, cum quibus etiam Daphnoidem siue Laureolam commiscent & confundunt, cum appareat esse diuersa.
Rotundum nigrū Myrti baccarum instar.	Chamælea Arabibus Mezereon, fructum fert Myrti baccis similem: Germani Zylandt.
	Thymelea autem, ex qua granum Gnidium, fructum quadantenus oblōgum, qui primo viret, tandem rubescit. deniq; exiccatus niger conspicitur.

54

FORMA.	SEPTEMBRI, Sol in libra.
Oblōgas oliuę modo, rubras acerbas ingustabiles cunctis animantibus.	Coruus fœmina, Germani Kurperbaum / fructum seu baccas fert, Septembri & Octobri mensibus.
Rubeum oblongū racemo pendentem vuæ modo.	Crespini fructum, Matthiolus ostendit eum, quem Germani saurach siue erbseln vocant: maturescit Septem. & Octob. illius opinionem Fuchsius & Vercellensis referunt in historia Oxyacanthæ.
Malū est oblongū & rugosum coloreaurū imitās cū grauitate odoratū, semē habet pyri.	Citria, latinæ medica mala persicauè, aut cedro mela aurea, nemini non cognita, ex arbore omnibus anni temporibus pomifera, alijs deciduis, alijs subnascentibus, alijs maturantibus, ut ex Theop. 4. de historia plant. cap. 5.
Fructus pmo herbacei coloris. tandem flaui pyri forma turbinati.	Cucurbitarum satiuarum, fructus varia sortiuntur nomina ab ipsa forma desumpta. Sic quædam cucurbitæ sunt gibbosæ, ventricosæ aliæ, aut in orbem collectæ, longæ aliæ lagenosæ dictæ, quæ omnes, viribus & natura non repugnant: decer-

FORMA.	SEPTEMBRI, Sol in libra.
	puntur autumno, & asseruantur hyeme tota in culinis.
Fructum oleæ similem prodit, qui cum dehiscit pāditur.	Capparum fructus, autumno maturi, ex Alexandria & Apulia præstantiores afferuntur.
Baccas nigrascū ematuerit myrti similes. Semen rotundū rubens, annexū folijs.	Dactylorum fructus, vide palmam Daphnoides, latinis laureola, Germani Zeyland oder Keydelbast / fructum maturat Septembri. Chamedaphne, quam quidam Laureolam marem nominant, folijs & fructu à daphnoide, non longè differt, verum hæc tantum intercedit differentia, quoad fructum, quem is profert.
Fructus cū putamine siliquę sesamæ proximus, præterq̃ quod in versus diuiditur quaternos.	Euonymus arbor, Germ. Spindelbaum / fructum profert, quem Germ. Hanenhödle vocant. Ebulus qui herbaceo generi assignatur fructum profert, ceu sambucus acinosum & nigricantem.

FORMA.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.	FORMA.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.
Fructus flauꝰ pinguis granis intus innumeris.	Ficus multæ sunt species, omnibus omnes notissimæ, siccæ officinis Caricæ appellantur, præstantiores cæteris sunt, quæ è Massilia & Piceno corbiculis turbinatis cōpactis, inter stratis lauri folijs, aduehuntur.	Fructus rotūdus loculamentis distinctꝰ, in q̄ terna sunt semina.	Lathyris, alij Ricinum paruum, Germani treybkorner oder springkorner vocant, alij catapuriam minorem.
In siliqs lentium modo ruffis & paruis.	Glyzericæ siue radicis dulcis fructus, pillularum platani magnitudine, asperiores modo, maturi sunt autumno.	Racematim cohærent.	Ligustri baccæ nigræ autumno maturi.
	Galla ex Diosc. lib. 1. cap. 123. fructus est glandi ferarum arborum, rusticæ & vrbanæ plebi notissimus, Germani Aich apffel siue gall apffel / nascuntur Sole de geminis exeunte, & si æstu nimio excipiuntur arescūt protinus nec amplius adolescūt: ad maturitatem perueniunt in fine Septembris siue Octobris principio.	Rubi grādiore, & oblōgiorem sanguineo succo madentem.	Morus nigra, Germani schwartz Maulber / fructum fert.
Galla duplex perforata, & non perforata.	Est verò Galla alia leuis plana perforata, fungosa, flaua, quæ & minus efficax ad coriarios vsus, alia solida nullo foramine peruia, quæ Omphacitis appellatur, efficacissima in astringendo, quæ & efficatior est.	Primo virides aut subuirides quaratione austeriusculi sapore percipiuntur, vbi uero maturæ, resipiunt melleam dulcedinem.	Morus alba, Germ: weiß Maulber: baccæ minores habentur quam in nigris, quorum facultas minime conuenit cum nigris, sunt. Albæ antiquorum nemo recordatus, quantum ipse memini aut legi, excepto Ouidio in Thisbes fabula, hæc ad sericeos bombices agnitissima, nullius in re medica vsus.
	Iuglandes, id est, Iouisglās siue Regia à nonnullis persica vocata, Germani Welschnuß.		Oxyacantha græcè, acuta spina, latinè, & officinarum Berberis, idem à Fuchsio & Apollonario, viris doctissimis esse creditur, Germani Saurach siue Erbseln / quibus

FORMA.

Rotunda carnosa & succo lenta.

SEPTEMBRI, Sol in Libra.

bus repugnat Matthiolus, qui Oxyacantham eam putat esse, quam Germani hagendorn appellant.

Orthomastica mala, Germanis schewbapffel.

Persicæ mali genera non pauca, quædam enim Rhodacina putantur, Græcis recentioribus nuncupata, alijs duratina sanguinolenta, sanè, & nncleo tenacissimè adhærentia, quædam tota pulpa sanguineum colorem præferentia, quædam nucleum deserunt, alia bipartitum habent, nonnulla sicciora, alia friabili & solidiori carne. consistunt quotquot igitur sunt species, communi hæ omnes appellatione Germani Pfirsing vocant.

Poma acida, Germani Weinling/ quæ distinguuntur in maiora & minora.

Poma hyberna, Winter öpffel.

Poma Turbinata, à Turbinæ Germani spitzige öpffel.

Poma rotunda, Germani scheubapffel.

Pyra Dobelliana, à Dolobella sic dicta, Germani Regelbirn.

Pyra Falerna, Germani Speckbirn.

FORMA.

Fructus suauis dulcis ac fuluus, nucleo intus oblongo ac durissimo, fructũ hunc Germani vocant Dattelkern.

SEPTEMBRI, Sol in Libra.

Pyra volema Vergilio, à Catone sementina et mustea, Germani Pfaltzgreffere / in volema porro sunt dicta à vola, quod sua magnitudine totam volam implere possunt.

Pyra syluestria, Germani Holtzbirn/ oder feldtbirn vocant, quæ dura autumno plerunq; fructificant.

Palma arbor est insignis, caudice squamoso, Germani Dattelbaum vocant, flores profert numerosos, albos ij antequam emergant, magno quodam inuolucro concluduntur, quod palmã daten vocant, quo tandem dehiscente, emergunt ac panduntur, hinc subinde dactyli prodeunt, qui per Autumnum cum ficubus maturescunt.

Populus, quibusdam arbor tremula, quia tremulis & inter se crepitantibus folijs constat, est verò duplex alba & nigra de sententia, Plin. lib. 16. cap. 24. & Dios. lib. 1. cap. 92. ex Theophrasto autem triplex. 3. de historia plant. cap. 14. Alba populus

FORMA.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.	FORMA.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.
Baccis orobi magnitudine in quibus lanugo albicans cōcluditur, quæ vbi maturuerint in pappos abeat vel euolāt.	Paliurns, Germani Waldt disteln / frutex aculeatus & durus: vtrum verò sit Agrifolium, discrepant doctores, fructum profert autumno.	Colore fructus rutil⁹ est, nucleos binos cōtinens, quanquā grandiori ter nos, & paruulus vnū nucleus durus est, & forinsecus niger.	Smilax aspera, alijs rubus ceruinus, German: Scharpff winden nominatur, cuius historiam persequutus est. Theoph. lib. 4. cap. vltimo, fructus proximus solano, atque melothro, & maximè vuæ labruscæ vocitatæ.
Baccæ, hederę similes, quib⁹ semen durum, q̊d difficilè euellitur.	Peryclimenon, vulgo mater sylua, quibusdam caprifoliū, siue vincibosco, aut lilium inter spinas, Germani Wald lilien / cuius fructus poma equina vocantur.	Baccas edit rotundas, primo virides quę post maturitatem nigricant aut fuluescunt, iuniperinis baccis non minores.	Solani hortensis, siue esculēti, græcis ςρυχνος κηπαῖος, Germani, nachtschatten.
Fructus asper qui si cortice nudetur, semē reperitur ricino animali simile.	Ricinus latinis, cici aut Croton Græcę, vulgo cataputia maior: Germani Wunderbaum oder Creutzbaum / Septembri fructus maturus.		

Sola-

FORMA.	
Colore primnū virides mox rubeas & turbinatas, semē intra se claudentes ruffum acino vuæ assimile.	Solanum Halicacabon, id est, vesicaria, Germ: Luden oder Juden kirschen. officinæ Alkakengi, Arabum exemplo vocant, Septembri mense vesicas profert maturas.
Baccæ figura in folliculis hirsutis delitescētem.	Solanum, somniferū primum, quod Matthiolus lib. 4. cap. 69. describit, frutificat numerosis ramis, densis surculosisq; fractu contumacibus, folijs multis & sub pinguibus, cotoneæ mali nō absimilibus, floribus subrubentibus, fructum ostendit Septembri. Solanum somniferum secundum, fructum gignit mense Iunio, de quo vide supra.
Fructus racemosus, niger & rotundus.	Solatrum mortale, Stramonia Fuchsio dicta, Germani Stechendt oder rauch öpffel.

FORMA.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.
Baccę oblonga oliuaru modò, primùm virides, deinde subalbicantes, posthæc aureo colore, vltimo rufescentes.	Serica zezipha officinis iuiuba dicta, Dioscoridi intacta aut non cognita, Arbor pruno paulò humilior, spinis vbiq; horret, ac riget flores pallidi, ac muscosi à quibus Baccæ oriuntur.
Luteum colorem referunt, priusquā maturescunt. Matura autē colore pallido & in latere ruffescente.	Sorba: fructus vulgares, quos Germ. Speyerling appellant, decerpuntur immatura ad sistendam aluum, hoc mense Septembri: ad laxandam verò aut subducendam aluum, cùm probè matura fuerint, nempe Octobri. Sunt verò duorum generum, domestica & syluestria. Ex domesticis est mas & fœmina, quæ pomorum diuersitate noscuntur, alia rotunda qua magis grata, alia oblonga & veluti oui figura. Syluestriū iterum duorum generum, vnum syluestre simpliciter appellatur, alterum à Plinio Torminale, quæ Octobri maturescunt, & cibus turdis gratissimus.

Sumach

FORMA.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.	FORMA.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.
Racemosum fructum ostendit, ex rubeo purpurascentem, cũ is immaturus fuerit. Vbi verò maturus acini huius fructus nigricant. Gal. autore lib. 8. simpl. medic. facul.	Sumach Barbari vocant Rhu, aliquibus Erithros appellata, semen est Coriarij, fructus lenti similis, ob id à Germanis Gerberbaum vocatur. Galeno lib. 6. compos. loc. cap. 1. duplex est, vnum tinctoribus coriorum expetitur, alterum obsonijs inspergitur à quibusdã Rhu obsoniorum, siue culinariũ dictum est.	Fructus subruber medulla excrocea subnigra & acido dulci. Fructus profert rubentes racematimq; cohærentes vuarum modo, iuniperi baccarũ magnitudine, resinosi duriq;.	Tamarindi: offi: & Barbaris, quasi palmulæ Indicæ, Græcis ὀξυφοίνικα, latinis acida palmula, alijs syluestris palmæ fructus. Thymeleæ fructum, supra in Chamælea ostendimus. Terebinthus quibusdam granum viride, quod fructus suos in viridi pallidos ferat, vel quia viridem æditum, ruffum post modò tingit, cũ vite maturescit, nigrum nouissimè facit, ex Theoph. 3. hist. plant. cap. 15. duplex est. Mascula quæ est sterilis. Fœmina fructifera, & hæc duplex, alia fructum protinus. ruffum promit magnitudine, lentis qui concoqui nequit, Alia viridem editum post modum ruffum turgit & cum vna maturescit, nigrum nouissimè, ut iam diximus, facit.
Siliquæ latæ & cõpressæ in quib9 nuclei intus flaui seu subruffi apparent.	Siliquæ, quæ græcis Ceratia, quibusdam Xylocreata, Germani S. Johannes brot/ fructificant in fine æstatis & principio autumni. Siliquæ recenter ab arbore decerptæ ingrato displicent sapore, sed tractu temporis in cratibus expansæ & siccatæ mitescunt, & dulces euadunt.	Fructus racemosus primo viridis, per maturitatem ruffescẽs	Vitis alba latinè, Bryonia & Ampello leuce Græcè.

FORMA.

Baccæ in cacumine arboris siue fruticis apparent nigræ, racematim pyramidis modo cohęrentes.

Acini nigri compressi lentium modo.

SEPTEMBRI, Sol in Libra.

Vaccinia nigra, baccæ sunt hæderaceis minores, ex arbore ligustro, Germani arborem Beinhöltzlein vocant, oriuntur Septembri mense, & perdurant tota ferè hyeme, quibus aues, præsertim merulæ ac turdi vescuntur.

Viburni fructus, Germani schlingenbaum frucht.

Vindemiam antiqui nunquam existimauere maturã, antè æquinoctium, iam passim rapicerno. Quamobrem & huius tempora notis argumentisq; signantur. Vuam calidam ne legito, hoc est in eius siccitate, ac nisi imber interuenerit, hanc ne legito rorulentam, hoc est, si ros nocturnus fuerit, nec prius quã sole discutiatur. Vindemiare incipito, cum ad palmitem pampinus procumbere ceperit. aut cum ex densitate exempto acino interuallum, nõ compleri apparuerit, acinum non augeri.

FORMA.

Viridis oblong⁹.

Baccas aliquantulũ oblongas et rotũdas, Myrto grandiores, primo virides, tandem nigras, semen & granum Plinius Carthegon vocat.

Fœmina. Rotunda forma mediocri pilæ similis fungosa, alba leuis & q̃ leuior, eo melior.

OCTOBRI, SOL in Scorpione.

Alnus, Germani Erlebaum/ fructus maturus autumno, forma moris similis, quam plurimis squamis compactis.

Buxus arbor folia fert, myrti breuiora, floribus herbaceis, Germani Buxbaum/ fructum Octobri, mense maturum vidimus, in horto illustrissimi Comitis, Ludouici Casimiri pij defuncti, de Hohenloe.

Colocynthis: vulgaris notitiæ, officinis coloquintida, alij cucurbitam syluestrem appellant. Mesues in marem & fœminam distinguit: fœmina præstantior, præsertim si ex agro laxo arenoso libero & autumno lecta fuerit, quum languescente virore ceperit in colorem luteum mutari, immatura & his notis, destituta pessima ac venenosa,

FORMA.	OCTOBRI, SOL in Scorpione.	FORMA.	OCTOBRI, SOL in Scorpione.
Mas. Lanuginosus, nigricans sub asper durus grauis.	nosa, præsertim etiam si vnicam duntaxat, tota planta colocynthidam produxerit, & in loco vliginoso, vbi serpentes, vel alia infecta animalia, abundant.	Fructus oleæ similis, q cũ dehiscit pãditur.	Cappares ubiq; gentium notæ, in acetarijs quotidianus vsus frequens.
	Cydoniorum quorum tria genera.	Calyculo echinato q̃dammodo hispido scabro ac rotundo Nuclei triangulari forma includũtur, ac tenui cute obteguntur.	Fagi fructus, Germani vocant Buchern/ qui communi nomine glans appellatur.
1. Præssa lanugiosa colore aureo.	Cydonea aurea, Bömisch kütten.	Glandes oblongæ in calyculis qs cupulas vocant.	Glans: fructum omnium glandiferarum arborum cõpræhendit, id est quercus & roboris, æsculi, cerri, ilicis, fagi, suberis, castanearum, quæ & Sardiniæ glandes appellantur, & si quæ sunt similes, licet itaq; omnes communi nomine appellentur, figura tamen atq; forma, plurimum inter se differunt. Proprie glandem nunc intelligimus, quæ in Quercu arbore nascitur, qua saginantur porcorum greges. Germani Eychel vnd stech eichel.
2. Forma magis pyri quam mali sũt.	Cydonea Struthia dicta, kleine kütten.	Fructus racemosus folliculis inclusus.	Lentiscus, trifera cum sit arbor, vltimo nunc fructificat.
3. Forma ac facultate media inter vtraq;.	Cydonea mustea, mellea sunt & dulcedine grata.		
Baccæ oblonge rubeæ, acerbæ & ingustabilos cũctis ferè animantib⁹.	Cornus fœmina baccas Octobri producit, quas Germani vocant Welsch kirschen.		
Nuces sunt solidæ.	Castaneæ syluestres, Germ: Holtz oder feldt kesten/ quarum multa reperiuntur genera, de quibus Plin. lib. 14. cap. 23.		

Mespi-

QVO TEMPORE FRVCTVS COLLIGENDI.

FORMA.	OCTOBRI, SOL in Scorpione.	FORMA.	OCTOBRI, SOL in Scorpione.
Pomum fert suaue exiguo malo nō dissimile tribus intus nucleis, qua de causa id nonnulli Tricoccon appellant. Coreaceo leguntur corticeextrinsecus, ruffescēte intrinsecus flauescente, innumeris granulis angulosis & rubentibus.	Mespilorum, quorum tres nouimus species Setanium, groß Mespeln/ Ανθηδλὼν klein Mespeln Ανθλωοειδής. Anthedoni similis, Plinius hanc Gallicam vocat. de quibus consule etiam Theoph. lib. 3 de hist. plant. cap. 12. Mala punica, siue Granata, cuius tres sunt species. Germani vocant Granat öpffel Acida. Dulcia, & Austera. Prunus syluestris, Germani Schlehen / ex quibus succus exprimitur, quo officinæ loco Acatiæ vtuntur, quod videlicet refrigerat, siccat & adstringit. Pyra serotina hortensia, Germanis Winter oder dol birn.	Ruffa exterius tunica & odorata, albo sunt putamine, internus nucleus cuticula cōtegitur ruffa, medulla viridis, sapor pineæ nuci proximus.	Staphylodendri fructus siue nuces, Germani Bimpernüßle / racematim prodeunt è ramorum extremitatibus, arbor hæc quotannis, frugifera conspicitur in Monasterio Murhart, quod situm est in Ducatu wirtenbergensi. Sorba tam domestica quā syluestria hoc mense matura sunt.

FORMA.	NOVEMBRI, Sol in Sagitario.
Cum maturũ est pomum rubet, aſpero tactu, nullo intus oſsiculo.	ARbutus arbor, fructum maturat hyeme, quo & turdi & merulæ maximè delectantur.
Baccę oblongæ & rotundæ minores quàm ſatiuæ.	Olea, Germani Oliuen/ duplex, quædam ſylueſtris, quam aliqui cotinon, id eſt, oleaſtrum appellant, alij Æthiopicam oliuam.
Baccæ oblongæ & rotundæ maiores, quã ſylueſtres, primo ꝓdeunt virides, apꝓpinquante maturitate pallescunt, tãdem purpureæ prius factæ ſaturatæ nigreſcũt.	Quædam ſatiua, cuius decem antiqui genera notauerunt: videlicet Panſias. Algianas. Lucianas. Sergianas. Neuianas. Culminas. Orchites. Regias. Circites. Murteas. Decerpuntur omnes Nouembri & Decembri, antea enim non matureſcunt, ſternuntur deinde pauimentis, donec rugoſæ fiant, moleq; ſub ponuntur, & torculari, præmuntur affuſa feruenti aqua: ita enim oleum reddũt. Plinius lib. 18. cap. 31. oliuas capiendas eſſe ſcribit fa-

FORMA.	NOVEMBRI, Sol in Sagitario.
	cta vindemia, et quę ad oleũ pertinent, quæq; ad Vergiliarum occaſum agi debent.
Baccæ nigræ rotundæ.	Iuniperus, duum eſt generum, maius & minus, vtrum autem legatur non refert, Autumno baccæ decerpendæ, per maturitatem nigræ, bimatu videlicet, ita enim fructum ſuorum maturitatem prorogat. fructu in aeterno, eodem tempore, nigro ad maturitatẽ producto viridi matureſcente & nouo irrumpente.
Muſcoſũ qualem amygdalæ, in ſiliquis minutum, guſtu ſubamarum.	Fraxinus, Germani Staineſchern/ fructum fert menſe Nouembri & Decembri, maiori porrò copia non vidimus quàm circa arcem Walderſtain/ milliare diſtans, à Schondorff.

DECEM-

FORMA.

Baccæ oleis similes colore primũ viridi, & p maturitaté nigro, crasso intus nucleo, ut in Rusci baccis.

Fructum fert natura & magnitudine mespili proximũ, nisi q̃d rotũdum nucleum habet.

DECEMBER,

Sol in Capricorno.

Laurus odoratissima arbor, & Apollini dicata Ioui gratissima, ideo à fulgetris, nisi ex prodigio tutissima: ex Dioscoride quædam tenui folio constat altera latiore, perpetuis viret folijs, præterquam in extremis gelicidijs, eius baccæ Lorber vocantur. colligẽdæ in principio Hyemis, sicuti oliuæ.

Hederæ arboreæ, hyeme racemosi æduntur corymbi ligustinis grandiores, quæ ante maturitatem virescunt, mense deinde Ianuario, nigrum contrahunt colorem.

Pruna Ægyptiaca, de qua Theoph. est autor lib. 4. cap. 3. historia plant. arbor insignis magnitudinis. florere incipit mense Iulio, fructum circa Brumam perficit, nec folia dimittit.

FORMA.

Fructus rotundi sorborũ ferè magnitudine, q primo exortu viret, deinde flauescũt maturi verò rubent, aspero tactu nullo intus ossiculo fragorũ modo. Rotũda per maturitatem aureo colore nitẽtia.

ARBORES

quæ per integrum annum fructiferæ sunt.

Arbutus per hyemem perpetuis virescit frondibus, fructus anno integro maturescit, ut simul hũc haberi, atq; alterum flore sponderi contingat. Theophr. lib. 3. cap. 16. de hist. plant. autore.

Aurantiarum, Germanĩ Pomerantzen / Arbor semper pomifera est, & eadem ferè quæ citria præstat.

Cedrus arbor magna, ex qua picem colligunt, quę cedria vocatur. Est autem cedrus alia maior, Καρπὸν δὲ ἔχει ὥσπερ κυπαρίσσου μακρότερον μὲν παρὰ πολὺ λέγεται δέ. Alia cedrus est Phœnicia iuniperi modo baccas parit. baccarum Myrti magnitudine rotundas. Tertia est Ce-

FORMA.		FORMA.	
Magna cōpacta solida nux, in qua concluditur nucleus oblongꝰ putamine duro cōcluso, interior nucleus tenui tunica circumtegitur flauo colore, sapor nucis ac iucundus, substātia pinguis.	drus Lycia, quæ iuniperum paruam quadantenus refert, Duæ posteriores omni tempore fructum gerunt. Citria mala aut Cedromela, Germanis Citrinat öpffel/ ex Theoph. lib. 4. hist. plant. cap. 5. arbor toto anno pomifera describitur. Iuniperus fructum per biennium prorogat, antequam baccæ nigræ maturescunt, Autumno baccæ decerpendæ. Pinus latinè, πίτυς Græcè, Hartzbaum / Fichtebaum vnd Künholtz Germanicè, ex Theophrasto lib. 3. cap. 10. hist. plant: duo genera pini describuntur, Domestica & syluestris. Domestica pinu in Germania caremus, fructum profert, quem Græci σρόβιλον vocant, Gal: libro 2. aliment: facult: Nux pinea boni & crassi est succi, habetur copiosa hæc domestica, pinus iuxta littora Adriatici maris, & quibusdam Italiæ locis arborescit. Syluestris pinus plura habet genera, quæ in Alpina siue montana & maritima diuiduntur. Montanorum tria genera, è quibus syluani homines parant picem, Germani Hartz / vocant, & ligna pinea quæ nos Germani		Künholtz vocamus. Nuces minores, hæ omnes quàm domesticæ sunt cupressinis paulo maiores, longiores tamen, ac compactiores. squamis compactæ, resinosæ ac odoratæ. Marinorum verò duo genera, quæ tantum magnitudine & paruitate differunt. Omnia in vniuersum genera resinam albam & odoratam mittunt, in tædam vertuntur, & picem nigram fundunt. Estq; præterea pinus toto anno pomifera, quo enim mense ex ea nux decerpitur, eodem maturescit, alia & sic dispensatur, ut nullo non mense maturescat. Abies latinè, ἐλάτη græce, Tannen siue Tannenbaum Germani vocant, ex Theophrasto lib 3. cap. 20. histor. plant in masculum & fœminam distinguitur. à Mathiolo sterilis in Ananiensibus & Tridentinis montibus notatur, à Plinio verò fructifera, conis oblongis, in quibus semen sub album, nulla intus medulla. Hedera minor Helix vocata, sterilis est, raro hæc arbores scandit, sed aut humi repit, aut saxa, macerias sepes & aggeres occupat, folio trique-

FORMA.

triquetro, maculoso, perpetua fronde viret.

Populus alba sterilis est, flore & fructu Matthiolo. Galeno autem fructifera, lib. 2. comp. pharm. part. cap. 1. populi albæ (inquit) fructus cum aceto, tritus discussoriæ facultatis est.

Rosmarinus mas sterilis est, Theop. lib. 9. cap. 12.

Tilia mas sterilis est, flore & fructu.

Terebinthus mascula sterilis est, Theoph. lib. 3. cap. 15. autore.

Nouellæ arbores carent fructu quam diu crescunt, aut si fructiferæ, facillimè tamen perdunt ante maturitatem.

Perdunt & facillimè ante maturitatem fructus.

Palma siue phœnix.

Ficus.

Malus.

Pyrus.

Punica.

Persica: quæ etiam roribus nimijs & pruinis florem amittunt.

Magna inter doctos de radicibus effodiendis controuersia est, non enim desunt qui eruendas semper autumno esse censent, ut Dioscorides, cui in quibusdam Galenus, Auicenna & Me-

FORMA.

sues consentiunt, alij verò ineunte vere, eo quod plantæ nondum caules, folia neque flores emiserint, à quibus omnibus radicum succus exhauritur.

Plinius lib. 28. cap. 13. effodit antequam fructus, aut semina maturescant, q̃d diuersis temporibus accidere videmus.

Quanquàm rationi consentaneum videtur, autumnales radices omnes pauciores esse succi, quàm vernales, quod videlicet pauco ante tempore, & caules, & folia, & fructus emiserint, ob eáq; causam putrefactioni minus sint subiectæ, longiusq; asseruari possunt, attamen cum eo tempore defluere incipiant folia, stipitesq; tabescant eas radices nunc fœtis animalibus dico esse similes, hoc est semi animes ac multum imbecillas, tristesq; incipiunt fieri cum sensim deficiat humor, nisi, si quæ tantum habebant virium, ut etiam earum satis retineant, arefacto caule, ut Scylla, ceu animalia valida, etiam fœta adhuc robusta permanent, veluti & in herbis aut arboribus, quibus folia nunquã decidant.

Econtra

FORMA. Econtra, quæ veris tempore radices effodiuntur, licet humore copiosiore abundāt qui paulò post in folia, flores & semina abeit, attamen cū longè minus sint concoctæ, his quæ autumno leguntur, corruptioni ideoq; magis erunt obnoxiæ, præsertim si quæ longo tempore conseruari debeant.

Cum igitur nec nimis humida, siue recentia satis firma sunt, præsertim quæ nimio humore turgent, nec nimis vetusta commoda. Restat igitur, ut cum Plinio eo tempore radices effodiamus antequam in semina aut fructus transierint, hoc est ex adultis tum vigentibus, nondum lignosis aut tabescentibus, quo tempore enim medicamentosæ sunt, maximæ & validæ, veluti ea omnia quæ augescunt, & robur accipiunt, calidiora & fortiora sunt. Hippocrate in libro de natura humana, autore, serius enim aut tardius si eruantur radices, quando iam matura semina, aut iam defluere incipiunt folia incrementum omne absumitur, summæq; vires deficiunt, fœtis et infœcundis animalibus similes, quæ sunt exangues & frigidæ, non amplius sentiunt gaudium annorum, licet putredini minus sint obnoxiæ, ceu ossa & dura corpora ob siccitatem, imbecillitati tamen non vacant, nisi si quæ sunt bifera, aut trifera quæ repullulant saliuam vitalem, quod in herbis segetum accidere videmus, aut quæ nec semen aut fructum generant, hæ omnes effodiendæ antequam folia incipiant marcescere: hac ratione itaq; singulis mensibus, et temporibus diuersis, cum adhuc sint succolentæ & validæ, euellēdas esse statuimus, serena præsertim cœli constitutione, nō squaloribus imbribusiue infesta, ne extranea humiditate perfusæ aut imbutæ corrumpantur, vel ex succæ & humido natiuo carentes exarescant. Integræ itaque ac abunde nutritæ, ut ex Galeno libro 1. de antid: cap. 12. elici debent, quæ conuenientem magnitudinem, non excesserint: aliter enim nimia succi copia turgent, peioresq; ijs sunt, quæ benè quidem nutritæ, minorem sunt nactę corpulētiam, virtus siquidem naturalis radicibus, ab initio à cœlesti influentia infusa in ea quæ vulgaris amplitudini debetur proportione, postea in vasti corporis mole dispersa,

QVO TEMPORE RADICES SINT COLLIGENDAE.			
FORMA.	æquali potentia sui operis robur nequit ostendere, quémadmodum in corpore mediocri. Maior in exiguo regnat, nam corpore virtus. Virtus enim (ut Philosophi loquuntur) coacta seu vnita fortior est seipsa dispersa.	FORMA.	IANVARIO, Sol in Aquario.

QVO TEMPORE RADICES SINT COLLIGENDAE.

FORMA.	FEBRVARIO, Sol in Piſcibus.	FORMA.	MARTIO, SOL in Ariete.
		Bulboſi.	BVlbi radices effodiendæ ante Ver, aut deteriores illico fiunt, ſignum maturitatis folia in areſcentia, ab imo vetuſtiores improbant item paruos & longos. Plinio autore lib. 19. cap. 16.
		Sit muſc' cādidus, & odoratus optimus in cedrina arbore, proximus populnea, nigricās improbatur.	Lanugines arborum, quas Germ: Mößig/ Galli/ Marchant/ officinæ Arabas ſecutæ vſneam, ſiue Bryon aut Muſcum vocant, medio mēſe Martij colliguntur, macerãturq; in aceto ſiccantur, & vſui adſeruantur.

FORMA.	APRILI, SOL in Tauro.
Bulbosa radix plu ribus cõtecta tunicis ipsisq; subflauescen tibus gla dioli mo do.	Croti bulbi, eruuntur quarto quouis anno, verno tempore, seruantur tota æstate in horreis & seruntur, florem ante folium ædit per autumnum in Vergiliarum occasu, non vltra mensem, quibus decidentibus folia angusta, penè capillamenti exilitate tota hyeme virent.
Corpulétæ, plenæ, à capitulo cepæ simili cohæret radices tenues & confibratæ.	Ellebori nigri, vere & messis tempore erui debent, celeriter autem effodiendæ, quoniam halitu aggrauant caput, qua propter ad id accendum, fossuri allium præsúmere, & bibere vinum debent.
	Fungus, Germ: Schwammen oder pfifferling / quem Galenus lib. 8. simpl. med. facul: plantam appellat: singulis annis primis imbribus erumpit, Vergilio lib. 1. Georgico: teste, qui porro innocuus habetur inter omnes, hunc nos Germana appellatione Morchen nominamus.
	Fungi verò porcini pernitiosi reperiuntur, ut testatur Diosc. lib. 4. cap. 78.
	Hyacinthi radices, tam maximæ, quam maiores, nedum minores, Aprili mense effodiendæ.

FORMA.	APRILI, SOL in Tauro.
	Scyllæ radicem, maximè effodimus in ipsa prima foliorum germinatione, simul & caulium arefactione, quod ter in anno accidit, eo quod ter floreat, triaq; tempora sationum ostendat, primo fit in Aprili & Maio, secundo Iunio, tertio Septembri, aut principio Octobris. Galenus 1. de antidotis cap. vltimo, de vsu Theriaces ad Pamphilianum messis tempore, quo præcipuè uigeat colligendam inuere videtur. Hęc scilla ex Varrone tàm alba quàm rubra: est & fœmina nigris folijs ex Plinio lib. 20. cap. 9. Candida Scilla vtilissima est.
Intꝰ multum alba & extra magna, mediocriter dura: Rara verò laxa & tenuis, est imbecillior, rubra autem & nigra mala est,	Hermodactyli radix, vere legenda est, & per sex menses sicca ante vsum seruanda. Cæterum hoc loco admonendum, quod officinarum Hermodactylus, qui duplex est, reuera sit Colchicum, & sanè venenum, quantumuis peregrino vtantur. Alter castaneæ effigie orientalis dictus, intus & extra candidus, alter cortice foris è nigro ruffescente. Colchicum est Græcorum, ab vtrisq; igitur post hac se caueat pharmacopæi, tanquã à præsentissimo

FORMA	APRILI, SOL in Tauro.	FORMA.	MAIO, SOL in Geminis.
& q̃ in loco pingui p̃uenit quæ autem Scyllæ aut Raphano proxima creuit, præstantior.	veneno, de quibus plura lege apud Vercellensem medicũ, virum doctissimum, Radio primo, folio 103.	Tenues & obliquas. Rad: multas & tenues. Radix circa caulem spõgiosa, à qua numerosæ oriuntur fibræ ellebori modo albicãtes.	ASari radices, Germani Haselwurtz. Allij vrsini, Germani Wald knobloch / quod in nemoribus prouenit. Asparagus syluestris & altilis, qui in hortis passim seritur, Germani spargen vocant, officinæ sparagum, id est, tenerem cauliculum, vere ineunte prima germinatione prodiens in fasciculos digestus, quo aqua aut iure elixo, postea aceto intincto pipere asperso vti magno gulæ delectamento cõsueuimus, notior est quam ut multis demonstrari debeat: Syluestris distinguitur ur in palustrem montanum, & petreum quẽ Dioscorides propriè corrudam vocat, Radices Maio effodiendæ.
Recens subnigrũ & in rubrum inclinans, rarũ graue, si fractum ex rubro & glauco alternat, si mansũ vel aliq̃ liquore, solutum croci modo tingit	Rhabarbarum, radix illa illustris ex Mesue quoddam est Indicum, q̃d & sinicum, alterum Barbarum generis nomine appellatum, tertium Turcicum omnium ignobilissimum, ut Indicum est præstantissimum, effodiuntur radices in ipsa prima foliorum germinatione, vere ineunte, quo tempore succosæ sunt maximè, radices repurgantur & secantur in partes, à sectione, quas seruare solent, non statim filo suspendunt, ne succus guttatim stillans deperdatur. Imo asseribus collocant, vertuntq;, ac inuertunt quotidie, pluries hoc enim modo incrassatus, succus in radice seruatur.	In globũ extuberat. Digitali crassitudine incuruata geniculata caudã scorpionis æmulans.	Apij vomitorij, Germani Erdnuß / exterius nigra, interius candida, pyri effigie. Aconitum pardalianches Dioscoridis.

QVO TEMPORE RADICES SINT COLLIGENDAE.

FORMA.	MAIO, SOL in Geminis.	FORMA.	MAIO, SOL in Geminis.
Brachiata superius, & geniculata est.	Aconitum pardalianches, Plinij q̃d ima parte caudam scorpionis refert.	Supernè singularis, infernè in multa crocea capillamēta fibrantur.	Chelidonij maioris siue hirundinariæ radix.
Fibrosa, geniculata graminis modo, ex qua folia et germina erumpunt.	Aconitum pardalianches Theophrasti, radicem effigie scorpionis integram habet.	Radices habet ex eodē callo cōplures, pusillas in granorū tritici, modū aceruatim cō gestas, quarum tres aut quatuor in longitudinem exeunt.	Chelidonium minus, q̃d triticum syluestre quidam nuncuparunt.
Radix ramis multifida & flexuosa.	Aconitum pardalianches minus, quod aliud non esse, nisi Doronicum officinarū, Matthiolus putat.		
Longa et subflaua.	Boni Heinrici radix.		
Tenuis ut ellebori.	Betonicæ radix.		
Albæ & crassæ.	Chamedrys vulgaris, mas & fœmina.		
Capillosa & fibrosa.	Caryophyllatæ syluestris.		
Numerosæ radices.	Consolidæ maioris.	Dulces geniculatasque radices spargit.	Gramen siue Agrestis Dioscoridis multiplex etsi sit, illud tamen eligimus, quod geniculatos per terram serpit ramulos, & ab jis.
	Consolidæ mediæ.		
Radix lacteo succo plena, Cichorio p̃xima, sed longe amarior.	Dens Leonis, quibusdam caput Monachi, Germ: rörle fraut. Plinio Cichorium ipsum appellatur.	Sublutea	Genestæ Maio & Iunio mensibus effodienda.
		Sublutea	Genestellæ.
		Oblonga & sub lutea.	Geranium primum cum floribus purpureis, radix.

FORMA.	MAIO, SOL in Geminis.
Tenuis longa.	Geranium 2. cum fiorbus subpurpureis, radix.
Radix intus viridis.	Geranium 3. tenui folium & floribus purpureis.
Intus cādida, extrinsecus sublutea.	Geranium quartum, cum floribus purpureis, ex quibus cæpitella rostrata gruini capitis instar prodeunt.
Tenuis capillosa.	Gnaphalum tormentosa, planta & incana, quibusdam herba Sancti Christophori, vel filius ante patrem, folijs albis, radix.
Radix geniculata dura aliàs solida odorata, melior est illyrica, quæ pumila, densa fractuq; cōtumax est sub ruffa colore gustu amaro.	Iris Domestica, officinis Ireos ex Dioscoride lib. 1. cap. 1. à cœlestis arcus similitudine cauo cauliculi sinu nomen accepit, flores in sumitate cuiusq; caulis varij, siquidem candidi, pallentes, lutei, purpurei & cærulei cōspiciuntur.
	Iris vel Ireos syluestris, quæ duum est generum, vna, satiuæ per omnia similis, nisi quod radices graciliores

RFOMA.	MAIO, SOL in Geminis.
Radix tenuis lignosa geniculata subruffa, in odoraq;.	res. Altera folijs gladioli longioribus, folijs constat nouem purpureis, quorum extima superiori tantum parte aureis pingūtur lineis. Germ: vocant, Blaw schwertel wurtz/ Blaw gilgen/ Veyel wurtz/ Radices Mesues colligit vere. Dioscorides incipiente foliorum defluuio, quibus sese interponit Plinius, qui effodit, dum est in suo vigore vel flore.
Longas laxas fibris capillamētisq; refertas.	Lilij conuallij, radices demittit.
Radix alba oblōga, mollis rotunda odorata cibo non insuauis.	Myrrhis simillima est cicutæ, ideoq; Germanis Wilderkorffel appellatur, passim apud nos in hortis prouenit.
Radix bulbosa rotunda odorata dulcis.	Ornitho galum, Maio mense cum terra vomere ab agricolis proscinditur, inuenitur.
Duplex bulbosa, louga, & rugosa.	Orchis mas, radix. Orchis fœmina, radix.

Oro-

FORMA.	MAIO, SOL in Geminis.
Radix digiti crassitudine.	Orobanchis cauliculus, est sesquipedalis, & interdum maior subruber hirsutus.
Radix amara & crocea.	Oxylapathum, officinis lapacium acutum, vulgo rumex ex Diosc. lib. 2. cap. 105. quadrifariam distribuitur, Galeno trifariam. primum palustre Dioscoridi Oxylapathum vocatur, quod folia in acutum desinant.
Radix lõga insignis amaritudinis coloris ex rubro et croceo diluti, Rhabarbaro affinis.	Secundum satiuum, folijs minoribus pluribusq; cauliculis, plebi lingua Hippolapathum, nunc vbiq; Rhabarbarum monachorum, alijs pro Rapontica habitum.
Capillosa multi fida.	Tertium genus syluestre, paruum plantagini proximum humile & molle.
Longa et subflaua.	Quartum oxalis siue Acetosa, quia gratum saporem palato repraesentat.
Longa digiti crassitudine alba.	Paeonia mas.
Balani circiter 6. aut 8. adhaerẽt.	Paeonia foemina, vtraq; de crescente luna, effodienda contra epilepsiam.

FORMA.	MAIO, SOL in Geminis.
Multis capillamentis tenuis.	Prunellae radix.
Crassa longa calida odorata.	Petasites Fuchsij in principio mensis colligenda, hãc plantam Matthiolus pro Tussilagine maiori pingit.
Parua alba exigua multis capillamentis.	Ranunculi lutei hortensis.
Oblonga nodosa, extuberat.	Ranunculi lactei floris.
Bifircata ramulis referta.	Ranunculi lutei syluestris.
Digiti crassitudine longa alba.	Rapunculi, Rapüntzel Ger. radice in acetarijs vtimur, Sunt qui pro Rapo syluestri Dioscoridis pingunt, à quibus Matthiolus dissentit.
Geniculata radix graminis similis.	Rusci germina aspargi modo veris tempore colligenda, quae elixa manduntur ex oleo, sale & aceto, radix acerba & subamara.
Intorta uel obliqua adnatis fibris.	Sparti siue spartij radix.

FORMA.	MAIO, SOL in Geminis.
Radix rubris surculis ac capillis.	Saniculæ maris, quæ à Matthiolo pro quarta specie pentaphylli ponitur, quibusdam Diapensia vocata.
Capillosa ac surculosa.	Saniculæ fœminæ.
Multis fibris capillata, eiq; multa Coriãdri quantitatem referẽtia grana adhærent.	Saxifragi albi radix, officinæ non sine magno stupore grana adnata huic radici, pro semine vtuntur, cum semen in caulium cacumine proferatur.
Radix bulbosa mali magnitudine, fulua intus, ut ouum cãdida gustãti dulcis & ori non ingrata.	Satyrij radix vera, officinis, testis vulpinus, desideratur.
Cortex radicis gracilis, ruffus, intus auté albũ includitur.	Satyrium, Erithonion siue Erithracion, id est rubrũ, semine lini maiore, duro, leui, splendente. huius cum duæ sint species, prima accipienda erit Serapioni testiculus vulpinus, Galen. 9. de simpl. triphyllon appellata, eius ra-

FORMA.	MAIO, SOL in Geminis.
	dices nuperrimè defossæ, aut saltem recentiores immittẽdæ, confectioni nimirum.
Radice bulbosa oblonga oliuæ modo angusta duplici ordine: superiore quæ plenior est, inferiore, quæ mollior ac rugosior.	Est & Testiculus caninus, græcis Cynosorchis, in pralis nostris affatim luxurians, hanc supra orchim appellauimus, Germani Knaben-kraut/ qui testiculus caoinus, Satyrij inopia, sub duplo satisfacere poterit, vegetiore et maiore testiculo accepto, floccido auté & rugoso abiecto. Calidus enim & siccus est, qui venerem coercit & reprimit.
Radice bulbosæ 5. aut 6. interdũ 7. dependẽt. Maris radix flauescit, citra albedinem fœminæ verò flauescit cũ albedine.	Satyrium Basilicum, rahix humanæ manus similitudinem refert, vulgo palma Christi, Germani Kreütz-blümen / à radice appellationem sumpserunt, quæ interdum 5. aut 6. profert radices, instar manus ramosæ. Et hæc planta duplex mas & fœmina, siue maior & minor.
Radice per omnia rotunda.	Est & Testiculus qui Serapias Andreæ dicitur, porraceis folijs caule palmeo, liliaceis floribus purpureisq; respon-

QVO TEMPORE RADICES SINT COLLIGENDAE.

FORMA.	MAIO, SOL in Geminis.	FORMA.	IVNIO, SOL in Cancro.
	respondentibus, seminibus rotundis miranda serie in globos duplici, tripliciq; cornu digestis, pro Satyrio substituendus, Germani vocant Ragwurtz / & huius duo genera mas videlicet & fœmina.	Longa muscosa rubra & glutinosa.	Acanthus sativus verus, Germani Welsch bernkle. Acanthus sylvestris, longè distans à Sphodilio sylvestri, radix ad eadem, ad quæ superior efficax est. planta Scolymo similis, breuior quàm satiua. Aquilegiæ radix.
Oblonga radix & fibrosa.	Vrtica nulli non cognita, cuius ex Dioscoride duo genera statuuntur, vnum syluestre quod est asperius, nigrioribus folijs, semine lini, sed minore, alterum non æque asperum, minuto semine, vtriusq; radix Maio & Iunio effodienda.	Crassa. Radix densa candida, plena, carie non exesa, odorata, quæ ex Galatia & Colchide affertur.	Acorus verus, cuius radicem quidam Galangam esse putant, ut Brassauolus Mauritanos secutus, quidam ut Manardus & Matthiolus Calamum aromaticum, quorum sententia magis mihi placet, quod & Actuarius in sua compositione Theriaces confirmat.
Magna vtilis in Ischiæ morbis.	Thlaspi radix, ex Diosco. lib. 2. cap. 150.	Densa, candida & geniculata.	Acori palustris, alio nomine pseudacorus, Germani Gelb wasser lilien.
			Aconitum, Lycoctonum, Seplasij, Lupariam hodie appellare solent, Germ: Wolffswurtz/ Matthiolo Aconitum secundum in ordine erit.

FORMA.	IVNIO, SOL in Cancro.	FORMA.	IVNIO, SOL in Cancro.
Bulboſæ radices, oblongę, rotundæ, glandibꝰ ſimiles quæ interdum 80. exce- dunt Plinio autore lib. 21. cap. 17.	Aſphodelus vel haſtula Regia, ex Dioſco. lib. 2. cap. 164. hac officinæ in Germania omnes carent. nam q̈ hactenus uſurparunt, duntaxat Lilij genus.	Cōtortæ oblongæ & inuolutæ.	Biſtorta mas. Biſtorta fœmina, Germani vocant, Natter wurtz/ vtramq; Scplaſiarij radicem, falſo ſerpentariam nominarunt, Radices.
Rotundę radix in orbem conglobata rapi modo.	Ariſtolochiæ, tria ſunt genera, ex Dioſc. lib. 3. cap. 4. Rotunda fœmina vocatur.	Oblonga denſa, fractu contumax radix eſt.	Cyperi, Germani wilder Galgan / Etſi vnius tantum meminit Dioſc. generis plures tamen hodie reperiuntur Cyperi. Curcuma, quæ & inter Cyperi radices, odoris gratia reperitur.
Longæ verò digiti craſſitudiné & longitudinem implet. nonnunquam paulo maiorē.	Longa, maſcula, nonnullis Dactylitis, longiore, quá rotunda folio.	Simplex radix, ſed fibroſa.	Chamæmilla, Græcis Anthemis, radix quoq; ſiccari debet, dumq; ingruit neceſſitas, autore Dioſc. cap. 137. lib. 3.
Longiores tenues craſſo cortice, odoratoq; veſtitas.	Eſt etiam tertia Ariſtolochia longa, quæ Clematitis vocatur folijs ſubrotundis, minori ſemperuiuo ſimilis floribus rutæ, Radices.	Radice longa ſaporeamariuſculo, ſimul & acri.	Carum officinis, vulgo carui planta in pratis omnibus notiſsima, Germanis. Matt-kümich.
		Radix oblonga paucis fibris.	Cynogloſsi vulgaris floridi, Germ: Hundszungen.
		Intorta candida.	Campanulæ.
			Chamedrys ſiue Triſſago, Germani Chamederle & Batengel duplex, vnam quàm deſcribit Theoph. lib. 9. cap. 10. cuius radicis pars ſuperior, p̄ ſuperiora, hoc eſt, per vomi-

RFOMA.	IVNIO, SOL in Cancro.	FORMA.	IVNIO, SOL in Cancro.
	vomitum, inferior pars per secessum siue inferiora, purgat.	Radix digitali crassitudine, & dodrantalis longitudine adolescit.	Daucus primus, quem Diosc. lib. 3. cap. 69. creticum appellat, Germ: Berwurtz/ nascitur & probatissimus in sylua Turingiæ, non procul à Sula oppido in monte excelso, & syluis Martianis, vulgo Schwartzwald.
Radix multifida, & albicans.	Chamedrys altera ex Dioscoride lib. 3. cap. 96. folijs est quernis, flore purpureo.	Radix oblõga, extrinsecus nigra, intrinsecus alba, superius fibrosa seu capillosa.	Daucus secundus, folijs laserpitijs Germ: Weiß hirtzwurtz / hic reperitur in monte non procul à Tubinga, dicto Spitzberg.
Crassa in lætis collibus.	Chamæleon albus, ex Diosco. lib. 3. cap. 8. quibusdam Ixia vocatur, quod circa radices in locis quibusdã viscum inueniatur, quo pro Mastiche vtuntur mulieres, flores habet purpureos, veluti papporũ, lanugines emittit, semen Cnico simile, radix pro ratione loci diuersa.		Daucus tertius, qui pastinacæ syluestri similis est. Germani schwartz Hirtzwurtz.
Gracilis in montosis, in profundo alba, aliquatenus aromatica, graui odore, dulcis, Germani Eberwurtz.		Digiti crassitudine & longa.	Ebulus radix longa. huius interdum vtimur, ut sambuci, cortice medio flore & folijs.
Radix crassa, nigra, densa, interdum ex esa, quæ dissecta flauescit, & commanduata mordet.	Ghamæleon niger, Germ: schwartz Garten distel / folijs scolymo similis, in vmbella flores spinosi, tenues hyacinthi æmulos, versicolores.	Radix nigra digito tenuiore.	Echium, Germ: Wildt ochsenzungen/ alio nomine Alcibiacum appellatum ab inuentore, author est Nicander, Echion autem dictum, quod resistat veneno.
		Oblongam digiti crassitudine.	Eringij radicem, effodimus in monte Lympurg, propè Halam Sueuorum.

FORMA	IVNIO, SOL in Cancro.	FORMA.	IVNIO, SOL in Cancro.
Candida capitulata.	Erucæ ſylueſtris.	Radix longa, mediocriter craſſa & rugoſa, dura lignoſaq́ue foris nigra, intus ſubuiridis.	Imperatoria folijs ſphondylio minoribus, ſolo accubantibus, robuſtis, hirſutis, ac aſperis, in cacumine vmbella floribus candidis.
Radix magna, in multa capitula extuberans.	Filipendula, Dioſcoride Oenanthe dicta, folia paſtinacæ ſimilia habet.	Longa et fibroſa.	Intybus ſylueſtris duplex, prima picris, quæ & Cichórion vocatur, German: Wegwarten.
Radix lõga craſſa amara.	Gentiana maior, copioſa naſcitur in monte Hewberg / qua itur à Balinga, oppido ducatus wirtenbergenſis Duttlingam.	Longa et fibroſa.	Altera, folio latiore lactucæ ſimilis, ſolo ſtrato.
Graminis modo obrepit ex albo, qua erumpit ſub rubra.	Gratiola radix, vehementer amara. quibuſdam gratia Dei nominata.	Multifida craſſa longa, digiti craſsitudine.	Limonij veri, Germani Holtz mangolt wurtzel / hanc radicem officinæ falſo pro Ben rubro uſurpant.
Radix magna, alba non ſtrumoſa ut ſcrophularia.	Galiopſis latinè, item Galiopſis, ſiue vrtica labeo, & vrtica fœtida. longè à ſcrophularia diſtans, Galeopſis officinis incognita.	Radicem longam & ſimplicem.	Limoniũ ſecundũ, folia pauciora habet, quam Theophraſtus lib. 6. hiſtor. plant. cap. 3. inter betam ſylueſtrem numerat, Plinius lib. 20. cap. 8. Limonium vocat.
Intorta punicea.	Hepthaphylli radix.	Oblõga croceì intus colore radice.	Laſerpitij, officinis Magiſtrantiæ, Oſtrutij vel Aſtrutij Germani Maiſterwurtz nominatur.

FORMA.	IVNIO, SOL in Cancro.
Radicibus nituntur bulbosis, albicantibus cō-pactili serie squamarum sursum spectantibus.	Lilij albi. Lilij crocei.
Radix bifida capillosa, seu fibrosa. Radix vna sed fibrosa.	Marrubij ex Theoph. lib. 6. cap. 2. hist. plant. duo genera. primum, Marrubiū album, Germanis weiß andorn/ folio est herbido. alterum Marrubium nigrum, Diosc. lib. 3. cap. 100. βαλλωτη dictum, Germ: schwartzer andorn.
Obliqua fibrosa.	Ptarmica, latinis Sternutamentaria, ob saporem acrem quem habet, quidam pyrethrum vocant.
Longa subrubescens.	Pes Leonis Fuchsij, Matthiolo stellaria dicta.
Subrubra oblonga & fibrosa, veratro nigro crassiore.	Pentaphylli latini, quinque folij Dioscoridis, hodie autores adhuc tres species obseruant. prima priori non absimilis, verum hirsutior folijs, flore candicantibus. Secunda pumila; sub albida ad terram, ut plurimum repens, quarta folijs vitigino-

FORMA.	IVNIO, SOL in Cancro.
	sis, aut apij, de qua re latius cōsule Vercellensem, virum apprime doctissimum. Radio primo.
Obliquā & capillosam.	Pes anserinus, radicem habet.
Subalbicans.	Pyrolæ radix non alte descendit in terram, errant qui hanc plantam, quam Germani vocant Winter grün / Limonium genuinum faciunt, disseruit de hac re Matthiolus.
Radix candida, arundinacea tenera, sūma tellure vagāte crebris articulis geniculata, densa & odore graui.	Polygonati, Seplasijs sigilla Salomonis dicta, vel S. Mariæ, Germani weißwurtz.
Radix mollis & lenta.	Sphondilij syluestris, planta & radix frequentissima in pratis vliginosis, & quàm quidam pro Acantho Germanico olim depinxerant.
Magna & strumosa.	Scrophulariæ maioris radix.

FORMA.	IVNIO, SOL in Cancro.
Radix cardui Mariæ dura & amara.	Spinam albam, quam quidam Carduum benedictum putant esse alij Carlinam imperatoriam, id est, album chamæleontem, Fuchsius ꝑ Spina alba Carduum Diuæ Mariæ pingit, Germani Fechdistel / Matthiolus aliam ab his longè diuersam ostendit, folio chamæleōti similis, spinis rigentibus, caule bicubitali, in cacumine echinus subalbidus, intus flos purpureus, semine Cnico simili, in montibus vbi piceæ syluæ, Iulio mense conspicitur, pro inopia huius radicis vti licet ea, quæ Carduus Mariæ dicitur, donec altera sese ostendit.
Subcandida.	Saxifragæ luteæ.
Radices crassæ, & longæ.	Sanguisorba maior. Sanguisorba minor, quanquam sunt qui has plantas, & pimpenellas vocant, attamen cū viribus inter se plurimum distent, ratio nominna diuersa imponere iussit.
Crassa.	Scabiosa, quæ cum Maio & Iunio ad Octobrim vsque florescit, per totum hoc tempus valida erit radix, sicuti et reliquæ omnes plantæ, quam diu florent.
	Est & pseudoscabiosa le-

FORMA.	IVNIO, SOL in Cancro.
	gitimæ adeo persimilis, & ijsdem locis agnascens, ut primo intuitu peritissimos, etiā herbarios fallat. verum crassior tota est, nec amarescit, nec adeo hirsuta.
Radix foris nigra int⁹ subalbida, succosa, odorata fauces mordicans.	Smyrnium Fuchsij, quod Germani Libstickel vocant, Mathioli Hipposelinum est, ut & supra monuimus. Smyrninm Matthioli exterius nigricat, interius ex albo virescit, succosa & odorata.
Magnâ oblongâ q̄ ad purgandas lanas cōciditur.	Struthium, vulgo Lanaria Germani seyffenkraut / radicem habet.
Radix tenuis obliqua.	Staphisagriæ, vulgo strafusaria siue herba pedicularis, in Germania nobis frequentissima.
Radix crassa & nigra, effoditur secundo aut tertio anno à satione.	Strobilus siue Carduus aut cinaria latinis, Scolimos græcis, Germanis autem Strobildorn / Dioscorides licet vnius tantum lib. 3. cap. 4. meminit, Theophrastus tamen et Plinius plura tradunt genera.
Obliqua & fibrosa.	Sij siue Laueris, Germanis Bachmüntz.
	Sola-

FORMA.	IVNIO, SOL in Cancro.	FORMA	IVLIO, SOL in Leone.
Radice grādi ſub rubeo cortice veſtita.	Solanum ſomniferum, q̃d alij etiam Halicacabum vocāt, folijs piuguib⁹, flore grādi, rubeo, fructu in folliculis crocato.	Diuulſa firma & lignoſa. Candida & fibroſa.	ABſinthij pontici radix. Aron, apud Siros Lupha, Germanis tiem Natterwurtz/ folia emittit dracunculi, ſed longiora & paucioribus diſtincta maculis, radix.
	Scylla hoc menſe, quo ſecundo floreat colligenda, quanquam Gal. libro 1. de Antid: cap. 9. meſsis tempore colligere videtur.	Craſsitudine digitali, bifidæ.	Anchuſæ ſpecies, Germ: wildt Ochſenzungen / effodiuntur omnes ætate.
Radix guſtu dulcis, iucūdaq; & longa.	Tragopopon Græcis, Barba hirci latinis, Bockßbart Germanis, hæc radix longè differt à Tragopogo altero, q̃d purpureis floribus conſtat, hæc enim longior, grādior, robuſtior & durior eſt. Præterea amara & adſtringente facultate eſt prædita.	Craſſa nigra & ramoſa, guſtu acris & odorata.	Angelicæ ſatiuæ radix, eruitur tertio anno à ſatu, menſe Iulio & Auguſto.
Tenues q̃ in plures diuaricātur partes.	Veronica mas. Veronica fœmina.	Pollicis craſsitudine & ſæpe maiore.	Angelicæ ſylueſtris radix.
Digiti craſsitudine omnes fibroſæ & obliquæ.	Vrtica Romana. Vrtica maior. Vrtica minor.	Pyri modo extuberat & fibroſa.	Androſemi radix.
		Radix craſſa magna ſiue prægrandis & candida.	Bryonia ſiue vitis alba, weiß ſtickwurtz / ea ſi in vmbra ſiccatur per annum durat.

FORMA.	IVLIO, SOL in Leone.	FORMA.	IVLIO, SOL in Leone.
Albam teneram pollicari crassitudine.	Buglossum magnum siue Borago, radicem ostendit.	Candida & amara.	Dictamni albi, radix æstate & autumno, Dioscoride autore, effoditur, Germani Diptam vocant, officinæ verò Diptamno (ut deprauata voce scribunt) carent. vtuntur Pseudodictamni radice, quæ est inutilis, hoc est, non adeò efficax ad ea, ut vera dictamni radix.
Radix in rubro pallida, radiculis referta.	Cardiaca inter vrticas numeratur, folijs sanè non dissimilibus, Germani Hertzspan vocant.	Crassa radix & bifida.	Dipsaci siue Labri veneris syluestris Germ: wild weber karten/ officinis, virga pastoris nominatur.
Crassa grauis, solida tripedalis radix.	Centaurij maioris, Germani non sine errore Rhaponticam vocant, radix est succo prægnans, cum adstrictione aliqua & dulcedine acris & rubescens.	Magna subalbida.	Elenij radix. Germ: Alatwurtz/ æstate effoditur. particulatim dissecta siccatur.
Radix rotunda, aliquantulum bulbosa aro non absimili, tenui obducta cortice.	Dracunculi minoris, radix messis tempore effoditur, lotaq; frustratim conciditur, & lino traiecto siccatur in vmbra, & ita reconditur, Germani vocant Natter wurtz.	Cādida, crassa & numerosis capillamētis, carnosa & friabilis.	Elleborus albus, latinis veratrum album, Germani weiß nießwurtz/ radix messis tempore colligenda.
		Numerosæ cum longis fibris.	Ellebori nigri, cum floribus purpureis.
Radix grandis candida rotunda, tenui vestitur cortice inferius fibrosa, instar cepæ.	Dracunculi maioris radix, Germ: groß Natterwurtz/ messis tempore colligenda, siccanda in vmbra.	Crassa cū numerosis & longis fibris.	Elleboris nigri, cum floribus candidis, estq; potius cōsiliginis species.

FORMA.	IVLIO, SOL in Leone.
Palmari longitudine, cũ numerosis capillamẽtis.	Ellebori nigri, cum floribus herbaceis, radices omnes messis tempore colligendæ, quoniam halitu caput aggrauant, qua propter ad id arcendum fossuri, alliũ præsumere & vinum bibere iubent.
Radice longa, & capillosa.	Eleoselinum, Germani **Epffich** / latini Apium palustre & rusticum.
Radix alba, gustu amarissima.	Gentiana minor, alio nomine Cruciata, Germani **Creützwurtz** / eo quod pluribus locis ab utroq; latere crucis instar perforata est.
Radix lõga foris nigra, intus lutea, Plinius lib. 22.cap.9 carpit radice Vergiliarum occasu.	Glyzericæ radices, Germani **Süßholtz** / nusquam maiori copia plantari vidi, quam in agro Bambergensi, vbi sedes est Episcopalis.
Rad: syluestris, Myrto similis, maiore molliore et odorata.	Laurus Alexandrina, ab Hippoglosso diuersa, ut ex Dioscoride apparet, fructum fert rubrum ciceris magnitudine inter folia, non autem in medijs folijs, ut Hippoglossum & Ruscus.

FORMA.	IVLIO, SOL in Leone.
Radix breuis, folio Lactucæ amarę cõstat, sed scabriori cãdidioriq;.	Libanotidis seu Rorismarini sterilis radix colligitur per messem tritici, de qua Theoph.lib.9.cap.12. Radix hæc partim superius, partim inferius purgat, quod enim germen versus consistit, superius purgat, quod terram altius descendit, inferius.
Longæ flexiles & lentæ.	Maluæ syluestris, Germani **Keß pappeln wurtzel.**
Radix ruffa.	Meliloti, Germani **vnser frawen schülein.**
Radix candida & lignosa.	Ononis græcè, Resta bouis latinè, Germanis **Stalkraut.**
Radix intus cãdida, foris nigra, fibrosa.	Personata, græcis ἄρκειον, officinis lappa maior, Germ: **groß kletten wurtzel.**
Radix nigra, crassa, graui odore succosa.	Peucedanum, quod alij fœniculum porcinũ vocant, gignitur in montibus opacis, nos vidimus & in pratis humidis magna copia florere, non procul à Rottenburg iuxta Tubarim, quo itur versus winshemiam oppidum imperij.
Radix multifida.	Portulaca hortensis, Græcis Ανδράχνη, Germani **Burtzel kraut.**

FORMA.	IVLIO, SOL in Leone.
Radix multifida, craſſior q̃ in domeſtica.	Portulaca ſylueſtris, folia gerit priori ſimilia, ſed multo minora, & oblongiora, cæterà conſimilia ſunt.
Radices craſſę, oblongæ, & ſubrubræ.	Pimpenellæ maioris. Pimpenellæ minoris.
Extrinſecus purpurea, intrinſecus alba.	Potentilla, agrimoniæ nō diſsimilis, niſi quod folia hirſutiora habet, ſupernè virentia, infernè albicantia Radix.
Radices teneræ, hirſutæ, candidæ, digitali craſsitudine.	Plantago maior. Plantago minor. Plantago longa.
Digiti craſsitudine longæ, albæ.	Paſtinaca ſylueſtris, græcè σαφυλῖνος ἄγρια, Germanicè paſtinachen / licet radix paſtinacæ, ſatiuæ multò efficatior ſit, inutilior tamen cibo eſt.
Longa pollicari craſsitudine guſtu feruentiſsimo & igneo.	Pyrethrum, quidam ſaliuarem vocant, radix officinis omnibus nota, Germani Bertram.

FORMA.	IVLIO, SOL in Leone.
Digiti craſsitudine ex obliquo villoſa graui odore.	Phu magnum, officinis Valeriana, Germ: Baldrian. Phu paruum.
Parma albicās.	Phu minimum radix.
Palmari longitudine, & digiti craſsitudine, cādidæ.	Petroſelinum hortenſe, ſiue Apium, Germani Peterſilig wurtzel / quo crebrò in iuſculis vtimur.
Radix palmari longitudine & digiti craſsitudine.	Petroſelinum Macedonicum, latini idem quod græci vocant, folijs apio Aquatico ſimile, ſed minoribus, caule craſſo, ramoſo, floribus albis, ſemine hortenſi, petroſelino non abſimile.
Radices habet pyri figura, ternas aut quaternas, nigra exterius cutè, alba int° pulpa.	Pſeudapios ſiue Raphanus ſylueſtris, Germani Erdnuß oder Erd mandel / radix cū nulla ui purgatoria, prædita ſit, pro Apio verò Dioſcoridis, non habenda erit.
Nigra & craſſa.	Papaueris corniculati, radix per ſumma ceſpitum.
Magna craſſa & candida.	Roſmarini fructiferi.

FORMA.

Radices ſunt longæ & odoratæ, hoc eſt, iucundi odoris.

Supina, q̄ & ſacra herba dicitur, cum floribus purpureis radice cõſtat longa & tenui.

Recta, q̄ περιστερὴ dicitur, radice conſtat ſola. Grãdior, longior, robuſtior durior, et lacteo ſucco referta quàm Tragopopon, primum luteis floribus.

IVLIO, SOL in Leone.

Seſeli, Arabibus ſiſelios, officinis Siler montanum dicitur, ex Dioſco: multiplex eſt, Maſsilienſe, Creticum & Æthiopicum. Seſeli Germani ſeſſel & Stainbrech vocant.

Verbenaca, græce περιστερεὼν dicitur, diuiditur in Rectam & Supinam, & marem & fœminam, quæ inter ſe confunduntur. Fuchſius mari tribuit luteos flores, fœminæ purpureos, Plinius lib. 25. cap. 9. folioſam fœminam, marem rarioribus folijs conſtare ſcribit.

Tragopogi, alterius quod purpureis floribus conſtat, radix potius Iulio effodienda. radice nititur adſtringente & amara, præterea radix eſt.

FORMA.

Radices numeroſas tenues & odoratas Lenta intus alba. Candida fibroſa.

Radicis bulbus tenuis velatur mẽbranis, mox pluribus coagmentatur, nucleis & ijs ſeparatim veſtitis, in cuius vertice com plures fibræ circorũ exemplo criſpantur, tædioſo habitu & aſpero ſapore.

AVGVTSO, Sol in Virgine.

Asclepias, Germani Schwalbenwurtz.

Altheæ ſiue Ibiſci radix.

Ammi, Germani: Ammey/ cuius genitiuo ammeos vtuntur officinæ, ex Dioſcoride lib. 3. cap. 59. Æthiopicum cuminum appellant.

Allium vulgaris notitiæ, Germani Knoblach vocant. Eſt verò unum hortenſe, de quo meminit Theophraſtus lib. 7. cap. 4. hiſto. plant. Allium ante ſolſtitia ſeritur, aut paulo poſt nucleatim diuiſum. Diſcrimen eorũ quod aliud præcox, aliud ſerotinum: eſt enim genus quoddam eiuſmodi, ut ſexaginta diebus perfici poſsit. Differunt præterea magnitudine ſingulari. Cyprium vocatum maxime tale eſt, quod non decoquunt, ſed in myttotis vtuntur: & cum tunditur, mirum quam ſpuma increſcat. Quin & illud differentiam facit, quod quædam non nucleis coagmentatur. Dulcedo autem & odor, & craſsitudo eorumq cauſa tẽpore, cultuq; pene videtur cõtingere, ut etiã aliorũ, perfici

FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
	etiam semine potest, sed tardè: primo enim anno caput accipit porri, sequenti discerni in nucleos incipit, tertio redditur perfectum, nec quicquam deterius, sed etiã quidam vel deposito melius id existimant. Radicis autem allij, aut cepæ, haud similis ortus fieri solet, de quibus idem autor scribit.
Radix bulbosa & capitata nucleis, spicatim cõpactilib⁹ intumescente, summo vertice capillamentis fibrato.	Alterum est syluestre Allium, quod græci ὀφιοσκόροδον, latini anguinum allium appellant, satiuo longè minus, sed odore & sapore persimile: Germani wilder knoblach. Est & allium syluestre, quod nos Germani Feldt knoblach vocamus, longè distans ab allio vrsino, Germ: Wald knoblach.
Radix longa & fibrosa.	Cichorium satiuum, folio est lato.
Radix longa & fibrosa.	Cichorium syluestre, Germani Wegwarten wurtzel volio est angustiore.
Foris atram, intus candidam.	Fragariæ, Germ: Erdtber/ radicem habet.

FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
Radicibus albis graminis modo serpentibus.	Lepidium, quod aliqui gingidium vocant, ab Iberide Diosc. in calce primi libri diuersum, qnod Ætius Tetrab. 4. serm. 2. cap. 133. describit, olus esse in Syria, folia habens seridis angusti foliæ, foliolis oblongis, & crenatis flore lacteo, & chamæmeli æmulo, minore tamen: Et si Matthiolus secus sentiat.
Radix solida nodosa, foris ex nigro rubescens, colore intus herbaceo, ut pistaceũ, sapore dulci, austero tandem subamaro non nihil aromatico.	Polypodium, siue filicula ob similitudinem foliorum cum filice, quibusdam etiam glyzerica syluestris dicitur, ex Mesue præstantius est, q̃d arboribus præsertim glandiferis innascitnr.
	Peplus latinis, officinis & vulgo.
Vnicam radicem habet, superuacuã ex qua fruticat.	Esula rotunda, frutex est albo liquore plena, folijs paruis vt rutæ, latioribus tamen rotunda coma, ferè dodrantali humi respersa. radix colligitur messibus, siccatur in vmbra & continuè versatur.

Pityusa

FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
Radix crassa, cãdida, succo referta rusticorum purgatoriũ, cortice denso & graui, hæc radix magna impostura per turpeto venditatur, queãdmodum & Tapsię radices.	Pityusa Dioscoridis, idem est, quod Scebra Serapionis, officinis Esula, ut etiam tithymalorum omne genus indifferenter usurpatur, herba est lactaria & hortensis hirsuta, à Cyparissia differt, folijs piceæ, acutis, exilibus flore paruo ueluti, purpureo semine instar lenticulæ, lato, quæ omnia conueniunt descriptioni Mesues in Esula maiore.
Radicib' ex ignis, cortice tenui, parua hæc prſtãtior est priori.	Esulam minorem describit idem Mesues: quæ maiori sit præstantior, præsertim cortice, & eo quidem tenuiore, leuiore, fractu facili, cassiæ modo subrubente, senis nõdum mensibus transactis collecto, nam recens quo mense legitur mala est, uti & nigra, orta aliquo loco propè thermas.
Radix mollis lẽta, & viscosa int' exterius nigra ramosa.	Symphylum maius, siue consolida maior, Germani groß walwurtz / quod aliqui pecton vocant, cuius est vsus.

FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.
Radix lõga, subrufta, digitali crassitudine.	Symphytum petreum, nascitur in petris, ramis tenuibus paruis, origano similibus, capitulis & folijs thymi.
Radices raphani variæ, aliæ longæ, aliæ breues, aliæ crassæ, aliæ fragiles.	Raphanus, radix latinis dicitur, cuius genera multa notauit, Theoph. 7. de historia plant. cap. 4. vulgo nostro duplex, alter satiuus, Germani Reddich vocant.
Radix dura, lõga, crassa acris.	Raphanus syluestris, Germani Kren vocant, quo vtimur ad carnium intinctus, vere ineunte, ceu altero hieme potissimum.
Hortẽsis radix tenuis rubra. capillosa seu fibrosa. Syluestris lõga bifida & capillosa	Rubia tinctorum officinis, Græcè Erithrodanum, ex Dios. lib. 3. cap. 137. radix rubra est, qua tinguntur lanæ. vna est hortensis, altera syluestris. Germani Ferberrôt vocant.
Radix lõga, geniculata ruffa.	Spatula fœtida, Germanis Wandtleuß, Græcis Xyris.

FORMA.	AVGVSTO, Sol in Virgine.	FORMA.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.
Multifidas habet radices nigricantes, succisas & circūrosas.	Succisa, quā vulgò Morsum Diaboli vocamus, nomen superstitiosum à radice inuenit.	Radix bifida, crassa, fibrosa.	Abrotani maris planta, vulgaris notitiæ.
		Crassa lōga & fibrosa.	Abrotani fœminæ, planta arboris specie fruticat, quàm alij Cypressum, alij Santolinam vulgo appellant.
Fœminæ radix lōga gustu acerba, crassitudine digiti. Maris radix similis fœminæ.	Verbascum vulgò Tapsus barbatus ex Diosc. lib. 4. cap. 59. differentias summas duas habet, hoc nigrum, illud album, in quo mas & fœmina, Mas nigrum, fœmina cādidum intelligitur.		Brassicæ satiuæ, Græcis κράμβη ex Theophrasto multa genera recensentur, id q̃d & horti nostri in germania attestantur, nempè
		Radice fibrosa.	Brassica læuis folijs grandibus latisq;.
		Radice capillosa	Brassica crispa.
		Radix ramosa & fibrosa.	Brassica capitata.
Radix foris nigra, intus buxeo colore nitet.	Vitis nigra, quàm aliqui nigram Bryoniam vocant, græce ἄμπελος μέλαινα.	Graminis modo serpit & fibrosa.	Brassica Marina radix.
Radix p̄fuma cespitū nigra, oblōga, filices multas fundēs.	Filix mas, folia sine fructu & flore, Germani waldtfaren.	Radix superius crassa, inferius ramosa.	Beta alba Germanicè weisser mangolt.
		Radix bifida.	Beta nigra.
Radicib⁹ lōgis plurib⁹ obliquis, q̃ ex nigro in luteū flauescunt.	Filix fœmina, folijs est filicis surculosis altioribusque, & quæ non singulari, ut illa pediculo fulciuntur.	Radices oblongæ et rotundæ.	Beta rubra, quæ non modo folijs, sed etiam radice colore rubeo nitet, Germani vocāt rott ruben / hanc insictilibus uasis, præparant cū aceto

FORMA.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.
	aceto, ſeminibus aniſi, fœniculi, coriandro, & raphano ruſticano, ad eſum.
Radice nigra, & aliquantulu lata ut rapū videri poſsit.	Cyclaminus, vulgò panis porcinus, Germani ſchwein-brot / Erdtapffel / planta vulgaris notitiæ radix, ſcillæ modo conciſa reponitur.
Radice candida magna.	Cucumis ſylueſtris, ſiue cucumis auguinus, Germani wilder Cucumer / fructu ſolo diſtat, à ſatiuo cucumere, quē longè minorem parit.
Fœmina radicib' inhæret benè magnis, binis terniſúe inter ſe cōuolutis, nigris foris, intus albis, craſſo cortice veſtitis caulem non fert.	Mandragora, aliqui antimelum, alij circæum vocant, quoniam videtur radix ad amatoria conducere, Duo eius ſunt genera, vnum nigrum, quod fœmina exiſtimatur, tridatias appellatum.
Radix craſſa magna bifida orbiculata, ſeu rotunda.	Alterum candidum, quod mas dicitur, nonnullis morion vocitatur, radix alterius ſimilis maior & candidior, effodiendæ radices eo tempo-

FORMA.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.
	re, quo fructum gerūt, quod Septembri menſe fit, ſine omni periculo vitæ.
Radix bulboſa, intus alba, rotunda.	Narciſſum, quidam liliū, uel lirium appellant, Germani zeyloſen & Hornungs blůmen.
Radices nigrę, ſcabræ, clauæ ſimiles.	Nymphea, vtraq; tam alba quā lutea Seplaſiarijs nomine Mauritano Nenuphar appellatur, ex Dioſcoride, autumno radices ſecandę ſunt.
Radice alba, ſcabra.	Nymphea parua, cuius flos blephara dicitur, flore luteo nitente, roſæ ſimili.
Radix ruffa.	Paſtinacæ ſatiuæ, Germanicè paſtiney & paſtinachen / radix in ciborum uſum recipitur, vnde nomen à paſcēdo inuenit. Eſt vero duplex paſtinaca ſatiua, vnam vulgo carotas, Germanicè zam rotruben / vocamus, à radice Betæ rubeæ diſtans, ſeritur & in horto Decani Coburgenſis, vbi & aliæ multæ plantæ ſingulari cultura fouentur.
Radix flaua, craſſa et oblonga.	alteram paſtinacam, Germanicè Gelb ruben appellamus.
Craſſa capilloſa odorata.	Rhodiæ radix, Germani Roſenwurtz / quam ſæpiſsime cultam vidi in horto domini Fuchſij pij defuncti.

Viſcum

FORMA.	SEPTEMBRI, Sol in Libra.	FORMA.	OCTOBRI, SOL in Scorpione.
	Viscum cum acinis etsi in robore, malo, pyro, & plerisque alijs arboribus reperiatur, attamen quod in radicibus quercinis, aliarumq; arborum glandiferarum nascitur, cæteris longè magis excellit, autumni initio cum suis acinis decerpitur.		NApus in raporum genere recensetur, cuius duo genera tantum, nouimus hoc tempore albũ & flauum. Flaui tametsi albas crassitudine superent, magisq; colore placeát, sunt tamen insipidiores, ob id gustui minus grati, Germani Gelb vnd weiß steckruben vocant.
		Rotundũ Longũ. Sesile.	Rapum satiuum, vulgo notissimum, Germani weißruben / Octobri mense, cum ad summum extuberauerit, radix è terra eruitur. Est verò triplici genere.

QVO TEMPORE RADICES SINT COLLIGENDAE.			
FORMA.	OCTOBRI, SOL in Scorpione.	FORMA.	NOVEMBRI, Sol in Sagitario.

QVO TEMPORE RADICES SINT COLLIGENDAE.			
FORMA.	DECEMBER, Sol in Capricorno. Eryngij, radix quibusdam, Decembri mense legitur, locis præsertim meridionalibus, vbi clementior aër est.	FORMA.	IANVARIO,

QVO TEMPORE SVCCI SINT COLLIGENDI.

FORMA.	FEBRVARIO,	FORMA.	MARTIO,
Colore ruffo, purum pellucidum tenue odore exiguo, ſed grato ſapore, dulci & ſubacri.	OLeum commodiſsimè circa 6. Idus Februarij ex oliuis exprimetur: non enim ſtatim poſtquam Nouembri aut Decembri collectæ fuerint, exprimendum erit, niſi in pauimentis & tabulatis, donec rugoſæ fiant prius ſeruentur, & non niſi priuſquam ſudent præmendi, poſtea affuſa feruenti, aqua torculari ſuppoſita, præmuntur ut oleum ſequatur.		SAlicis ſuccus, triplex, Plinio lib. 24. cap. 9. autore, primum ſuccum arbor ſpontè exudat. Secũdus manat in plaga, cum floret exciſo cortice trium digitorum magnitudine. Tertius apparet detruncatione ramorum, autumni tempore deſtillans à falce. Eſt & albicans ſpuma, quæ in Salice reperitur ſtatim poſt delapſos flores, quę ſpuma è ramuſculis vuæ modo dependet, donec ventis abrepta, huc & illuc plumæ modo impellitur. Dioſcorides vnius tantum ſucci meminit, qui manat menſe Martio cum florent ſalices, qui ad purganda quæ obſtant, oculis vim ſuam præbet.

FORMA.	MARTIO.	FORMA.	APRILI.
	Violarum ſuccus, vere adueniente è floribus purpureis, per infuſionem aquæ elicitur, infundūtur & aceto, quod violatum acetum appellatur.	Cādidus eſt ſuccꝰ dum recens eſt: dū aruit colore foris croceo, aut ſubflauo intus cādido, odore graui, ſapore amariſsimus, leuis pinguis friabilis tener, facilè in aquatiqueſcens, niger imꝓbatur ac mollis. Adulteratur Ammoniaco aut cera.	Pentaphylli ſiue quinq; folij ſuccus, ex radice tenera exprimitur, contra locinocis pulmonisq; vitia, item aduerſum venena. Panacis ſuccus, græcis Opopanax, liquor e panacis Heraclij radice inciſa, recenti adhuc caulium pullatu effluit, folijs excauato ſolo ſtratis, quæ ſiccata tolluntur. Simili modo caule meſsibus inciſo, profluentem ſuccum eximunt.

APRILI.

FORMA. Recens ſuccus croceus, & amarus adeo eſt, ut vix deguſtari poſsit.

Rhabarbari ſuccus, ex radicibus ineunte uere, in ipſa prima foliorum germinatione elicitur, aut infuſione, aut ſtillatione, vbi radices recentes particulatim diſſectæ fuerint, aut verò expreſſione, ſucco enim madent copioſo, tum croceo, tum purpureo, qui ſuo colore facilè manus implicat, & colores inficit, dum radices repurgantur et ſecãtur in partes, vbi verò Æſtate erutę fuerint radices, folioſa exiſtente planta, tanquam euanidæ croceo illo ſucco carent, quo fit ut viribus infirmiores habeantur.

Vitis albæ ſiue Bryoniæ, ſuccum vere ex radicibus Dioſcorides lib. 4. cap. 276. exprimit, qui trahit pituitã, cum aqua mulſa potus. Ad pſoras et lepras ſemen efficaciter illinitur. Succus è contrita radice expreſſus, multis morbis mirificè prodeſt, de quibus cõſule Matthiolum.

MAIO.

FORMA.

Anagallidis, tam maris quam fœminæ, ſuccus veris tẽpore, quo florent, ex tota planta exprimẽdus, mirifice enim caput purgat ſi cum eo gargariſetur, & dolores dentium lenit naribus infuſus: quæ Dioſc: lib. 2. cap. 174.

Cyclaminis, ſiue panis porcini, ſuccus vere & autumno ex radice tuſa, & ad mellis craſsitudinem decocta, colligitur. Dioſc. lib. 2. cap. 158.

Chelidonij minoris, ex radicibus, folijs, & caule expreſſus, ſuccus ad purgandũ caput confert.

Eupatorij Dioſcoridis, ſiue Agrimoniæ ſuccus, ex radicibus tenerioribus, exprimendus, vere deſinente, contra affectus iocinoris ſplenis, aliarumq; partium obſtructiones.

Dentis Leonis, ſiue Monachi, Plinio Cichoriui appellatu, ſuccus lacteus, expreſſus & propinatus ijs, quibus genitura effluit. Dioſc.

Apij ſuccus ex radice, quæ veris tempore legitur, duplex eſt, in ſuperiore radicis parte abundat, ſuccus qui confert ad purgandum corpus per vomitum, in inferiore autem parte, per aluum, de

FORMA.	MAIO.	FORMA.	MAIO.
	qua Theophrastus lib. 9. cap. 10. historia plant. Tusa radice in fictili mergitur, & agitata aqua, quod super natat penna selectum exiccatur. Dosis eius sit sesquiobulus.		Pentaphylli succus ex tenera radice exprimitur contra Iecoris pulmoniumq; vitia, item aduersum venena.
	Ireos satiuæ siue Domesticæ, succus ex radicibus medio vere, aut ęstatis principio exprimitur, qui bilem flauam, pituitam & aquam inter cutem mirifice pellit, hæmoroidasq; fotu elicit, conficitur & electuarium ex succo radicum, quo maximè iuuantur, hi qui aqua intercute laborant.		
Prefertur succus è Sardinia colore ruffo, odore graui ferués gustu.	Peucedani succum, Diosc. lib. 3. cap. 77. ex tenera radice cultello concisa colligit, qui cũ profluat è plaga succus vmbræ mandatur, in sole siquidem confestim euanescit. Colligitur capite pri⁹ & naribus rosaceo perfusus, ne capitis dolor premat, & vertigo sentiatur. Assatione radix inutilis est. Tam lac q̃ succus, radice & caulibus extrahi solet, sicuti è mandragora, verum inefficatior succo lachrymæ habetur, & velotius expirat, interdum etiã concreta inuenitur, lachryma thuris similitudine, caulibus radicibusq; adhærens.		

76

FORMA.	IVNIO.	FORMA.	IVNIO.
	CHelidonij maioris succus, ex radice folijs & caule exprimitur in eunte æstate, et siccatus in vmbra digeritur in pastillos, Diosc. lib. 2. cap. 176. Gentianæ maioris, succus extrahitur hoc modo. Contusa radice, quinq; diebus aqua maceratur, postea in eadem tantisper decoquitur, dum extent radices, & vbi refrixit aqua, linteo excolatur, mox discoqitur, dum mellis crassitudo fiat, fictiliq; reconditur. Myrti succus, ex virentibus baccis exprimitur, contra Phalangiorum morsum, & scorpionis ictus in mero sumptus. Diosco. lib. 1. cap. 128. Scordium, verum nostris montibus nō procul ab Hala Suæuorum reperitur, ex quo succum exprimimus, æstatis initio. Rosarum, è puniceis rosis optimus elicitur succus, similiter ex subrubescentibus, verum infirmior facultas. Albicantes rosæ non alium in medicina vsum sibi vendicant, quàm ut ex his aqua destilletur exceptis Dama-		scenis, quæ & deiectoriam habent facultatem. Exprimitur autem recentibus folijs, de sectis forfice vnguibus (sic appellantur candidæ foliorum partes) reliquū in pila premi & teri debet, in vmbra donec cogatur, & ita ad oculorum circum litiones recondi.

FORMA.	IVLIO.	FORMA.	IVLIO.
Succi ꝓbatio eſt, ut ſit recẽs, validi odoris ſincerus, nõ ad acoré vergens, dilui facilis, læuis adſtringens, ac modicè mordẽs guſt. hęc Dioſcorides.	BAlſamum arbor, albæ violæ Litij, ſiue pyxacanthę magnitudine cõſpicitur, folium rutæ, proximum longè candidius perpetuo virens. in Iudęa ſolum quadam valle naſcitur. Æſtiuis ſub ortu canis ardoribus, arbor vnguibus ferreis inciditur, manatq; è plaga liquor, quem opopalſamum vocant, ſed tam exiguo ſtillatu, ut annis ſingulis, ne plures quidem quam ſeni, ſepteniue congij cogantur, quæ pendent, 14. libras menſurales, & 28. vntias. Congius enim ſextarios, ſex Romanas continet, ſextarius verò ſexta pars congij dictus, capit heminas duas, id eſt, octo vntias, viginti menſurales, non ponderatas. hic liquor duplo rependitur argento: officinæ vero opobalſamo cum carent, factitium comparant. Buglosſi ſuccus, Iulio mẽſe ex caule folijs & floribns exprimitur. Centaurij maioris ſuccus exprimitur, ex radice conciſa aut tuſa, torculari uel manibus ex preſſus. hoc ſucco quidam vtuntur, non incõmodè pro Lycij ſucco, q̃d teſtatur & Galenus libro 7.	Dulciſſ. mollis purus tenax, & q cõfractꝰ nigerrimꝰ, & q linguæ ſub ditꝰ, totus eliqueſcit.	ſimpl. medica. vbi de Centaurij viribus diſſerit. Dracunculi maioris, meſſis tempore radix colligitur, vnà cum fructu & folijs, ex quibus ſuccus exprimitur, ſiccaturq; in vmbra. Dracunculi minoris, ſuccus ex radice Iulio & Auguſto menſe. Ellebori albi. Ellebori nigri, radices meſsis, tempore colligendæ, ex quibus ſuccus exprimitur. Eupatorij, Dioſcoridis ſuccus, ex folijs floribus caule & radice exprimitur, cuius vſus maximus eſt in paſtillis de Rhabarbaro. Fœniculi ſuccus ex caule & folijs exprimitur, & in ſole ſiccatus, extrahitur & ſuccus etiam ſemine viridi, ramulisq; & radicibus, prima germinatione inciſis. Glyzericæ ſuccus, Iulio menſe extrahitur ex radicibus, hoc modo, Rami cum radiculis tuſi, & ante per multos dies macerati coquuntur, tum abiectis lignis itidem liquor, coquitur donec mellis craſsitudo fiat, q deinde in paſtillos cogitur, & ſole exſiccatur.

Hyo-

FORMA.	IVLIO.	FORMA.	IVLIO.
Succus ꝓbatur q̃ amarissimus, internè albus, aut subfuluˢ, foris ad croci colore inclinans, læuis pinguis, friabilis, tener, statim in aqua eliquescés,	Hyosciami ex semine recenti, caulibus folijsq; tusis succus in sole exprimitur, & oxycrato humore usus ad annum usque prorogatur: nã facilè corruptionem sentit, extrahitur etiam ex sicco semine separatim, in aqua calida tuso & expresso. Maioranæ succus, ex herba recenti exprimitur, pro incipientibus hydropicis, & ijs, quos vrinæ difficultas, aut tormina excruciant, Dioscorides lib. 3. cap. 40. Mororum nigrorum syluestrium, quæ Germanicè Bromber vocant, succus exprimitur, antequam perfectam maturitate acceperint. Opopanacis succus, ex herba siue planta panace, à nõnullis Heraclia dicta, colligitur messis tempore, inciso caule profluentem succum eximunt, similiter ex radice incisa recenti caulium pullulatu, ea candidum succum emittit, qui siccatus in summa cute croceum colorem contrahit. Pimpenellæ maioris, minoris succus expressus è radicibus, & cum vino haustus contra deleteria medicamenta, & venenosorum animalium morsus confert.	graui odore, Niger imꝓbatur, ac mollis Adulteratur Ammoniaco aut cera. Laudatur scammomoniũ leue nitidũ, rarum & colore q̃ similimũ taurino glutini, fungosũ tenuibus fistulis, quale ex Mysia regione Asiæ deportatur, linguęq; tactu albescat non solũ verum et exurat.	Ribes ex baccis rubescentibus, dulcacidis Iulio potissimum mense exprimitur, decoquitur ad mellis spissitudinem. Rutæ hortensis, succus ex herba recenti expressus, contra hebetudinem oculorum efficax, Diosc. lib. 3. cap. 45. Scammoniæ succus, legitur hoc modo, capite radicis exempto, radix in testudinis speciem cultro excauatur: quo fit, ut in cauum confluat succus, qui conchis demum excipitur. Alij scrobe in terra concamerato sinum fodiunt, in quos subiectis iuglãdium, folijs profundunt, succum, siccatumq; extrahunt, adulteratur hodie lacte tithymalli. Cæterum hoc admonendum, cum hic succus basis ferè sit omnibus purgantibus medicamentis, ut pharmacopæi diligenter inspiciant, an sincerum aut adulterium Scammonium habeant. Tapsiæ succus, extrahendi ratio hæc est, facto in ambitu scrobe cortices inciduntur, aut radix in fornicis speciem in se excauata, cooperitur, quo merus succus confluat, oportet illuc sequenti die se

FORMA. IVLIO. FORMA. AVGVSTO,

conferre, & congestum succum extrahere. Tunditur etiam radix in pila, & succus organo per quallum expressus fictili vase insolatur: aliqui folium vnà terunt, sed inualidior huiusmodi succus. Hoc autem interest, quoniam qui è radice manauit grauius olet, & humidior permanet. è folijs autem extractus exiccatur, atq; teredinū iniuriam sentit. Qui succum colligit, stare debet non obuersus vento, aut potius cum dies apricus est, & à flatu silet, quoniam ob halitus, acrimoniam facies vehemēter intumescit, nudaq; corpora inuadunt pustulæ. ob id prius liquido cerato & adstringente, nudas partes illinunt, & ita muniti accedunt. Hæc Dios. lib. 4. cap. 151.

ABsinthij succus exprimitur, herba semine prægnans, maceratur diebus quinque aqua, decoquatur postea donec supereemineat aquæ, mox ubi refrixit linteolo exprimitur, & eiecta herba iterum decoquitur usq; ad mellis crassitudinem.

Artemisiæ succus, ex herba & floribus simul exprimitur, contra supressos menses si cū Myrrha excipiatur. Dios. cond. lib. 3. cap. 110.

Anguria, quam Dullaha appellat Serapio, nos Germani Gurchen/ fructum profert mirum in modum extuberantem, ponderosum subrotundumq;, carne intus humida aquosa, in quibusdam prædulci, in nonnullis autem subacida, insipidauè sitiq; extinguenda per quam idonea. Decerpitur fructus, ex quo succus exprimitur, qui si decoctus fuerit, potus erit aptissimus febrientibus, & ijs qui temperamento sunt macri & exangues. aluum præterea ducit, sed non fortiter.

Anchusa, quam aliqui Alcibiadion aut Onochiles appellarūt, ex radice huius mensis tem-

FORMA. AVGVSTO,

ſis tempore ſanguineus ſuccus funditur, qui contra vitiligines & lepras, ſimiliter qui à viperis, aut ſerpentibus morſi ſunt, confert.

Braſsicæ ſatiuæ, ſuccus aluo idoneus eſt, ſi cum nitro & iri hauſtus fuerit, exprimitur ex caule folijs & florib⁹: cum vino quoq; epotus, viperarum morſib⁹ auxiliatur, de quibus conſule Dioſ. lib. 2. cap. 113.

Cucumerum ſatiuorum, ſuccus ex pulpa fructuum exprimitur, eo potiſsimum tempore, cum vltimam ſenſerint maturitatem, quod fit Auguſto menſe. & ex his, qui cæteris odoratiores habentur, quibuſq; craſsior fuerit pediculus, quinetiam ponderoſitas præſtantiæ argumentum eſt. De facultatibus cucumerum lege Gal. lib. 2. alimet. facul.

Cornorum, præſertim maris ſuccus, æſtatis tempore ex baccis rubeſcentibus exprimitur: ad eadem valet vti rob de agreſta.

Ebuli ſuccus è radicibus elicitur, ſoleq; ſubinde inſpiſſatur, quem deinde in paſtillos digerunt, ac pro vſu ſeruant.

Halicacabi veſicarij, alio nomine phyſalida, à Dioſcoride lib. 4. cap. 67. appellatur, ſuccus extrahitur ex herba, qui ſiccatus in vmbra reconditur, ad eadem valens, quæ ipſa planta.

FORMA. AVGVSTO,

Limoniorum ſuccus, ſicut citriorum fit, ad reſtinguendũ bilis feruorem non inutilis, expetitur etiam à mulieribus pro fuco ad faciem expoliendam.

Mori arboris ſuccus, ex radice circiter meſſem colligitur, radice nempe inciſa, tacto in ambitu ſcrobe ſuccum emittit, q poſtridie concretus inueniri ſolet. is in dolore dentiũ efficax eſt, tubercula diſcutit, & aluum purgat.

Opij ſuccus, ex inciſis papauerũ capitib⁹ manat. Iulio et principio Auguſti. cuius ratio faciundi hęc eſt. Cũ ros in eo exaruerit, cultro decuſſatim in ſtellas, nè penit⁹ adigatur, ex obliquo in rectũ ſũmam cutim incidere oportet lachrymã exeuntem digito in cõchã extergere, nec multò poſt redire, ut cõcreta inueniatur, etenim q̃ tũ, aut poſtero die etiã offenditur, in vetere pila teri debet, & in paſtillos cogi, cũ tamen inciditur retrocedendum eſt, ne veſtibus ſuccus deradatur. Hæc Dioſc. lib. 4. cap. 60.

FORMA. | AVGVSTO, | FORMA. | AVGVSTO,

Ocimi succus odoratissimus, exprimitur è folijs, floribus, caule pro abstergenda caligine oculorum, & destillatione exiccanda: Dios. lib. 2. cap. 135.

Omphacinum succum, ex omni immaturarum vuarū genere parat, hoc mense Italia.

Parietariæ, ex herba cum floribus succus exprimitur, Diosc. lib. 4. cap. 81.

Pyrorum succus in Medicina non aspernandus, præsertim quę habent vim adstringendi, aut quæ pyra sunt dulcia vel acida, & horum mixtione composita, prætertea quæ odora ut Apiana, Moschatula, siue Moschata vel Chia, expressus succus ad consistentiam mellis decoquitur.

Prunorum, maximè Damascenorum succus. expressus & decoctus, sicuti pyrorum aut pomorum, inflamationem extinguit, sitim sedat, ventremq; subducit.

Rhois succus, officinis Rob. de Sumach. fit ex baccis seu seminibus recentibus Coriarij fruticis, quæ maturitati iam propinqua sunt: & paratur sicuti rob de Ribes, huius vsus est in Dysentericis, cœliacis & alijs quàm plurimis morbis, qui opus habent adstrictione.

Sambuci succus ex baccis recentibus, à recremēto purgatis, cum melle optimo coquitur ad zulapij spissitudinem, qui dolores aurium tollit, si calidus imponatur: ex quo succo etiam vnguentum præstantissimum paratur, contra ambustionem ignis, & erysipelata, vti nos experti sumus.

Solani somniferi succus, ex folijs caule & fructibus, exprimitur, qui in pastillis & medicamentis locum habet, quæ doloris leuamentum præbent, potui data. ex Radice verò succus, cū melle illitus oculorum hebetudines tollit.

Succus est muscosus. Scillæ succus Galeno, messis tempore, quo præcipuè vigeat, colligitur, lib. 1. de antid: cap. 9. & exprimitur ex laminis crudis in pila terrea, ligneo pistillo tritis. Brassauolus coquit, nec se appositè explicat quum in Galeni linctu, ex scilla cruda exprimatur.

Acatiæ

FORMA.	SEPTEMBRI,	FORMA.	SEPTEMBRI,
Niger ex maturo ſemine, ſubruff⁹ ex viridi eligatur modicè rnſtus & odorat⁹.	Acaciæ ſuccus quibuſdam, ex folijs & ſemine ſimul exprimitur, quibuſdam ex ſemine in folliculis tãtum, ſuccus expreſſus ſiccatur in vmbra. fit & ex folijs, verum minus efficax. Succus è recenti ſemine expreſſus, ac poſtea longa inſolatione concretus, græcis nomine ſuæ arboris Acatia nuncupatur. Berberorum ſuccus, quem Seplaſiarij ſic vocant, græcis Oxyacantha, Germanis Erbſel, exprimitur ex baccis rubentibus & maturis. Betæ candidæ & nigræ ſuccus ex radicibus colligitur, qui cum vterq; nitroſus & noxius ſit, cum melle comparandi erunt. Centaurij minoris, cuius extrahendi ſucci ratio hæc eſt, Legitur herba ſemine prægnans, & diebus quinq; madefacta decoquitur, donec ſupereminea taquæ: mox vbi refrixit linteolo exprimitur, & eiecta herba iterum decoquitur, uſq; dum mellis craſſitudinem habeat: Nonnulli herbam recentem grauidamque contundunt, atque ſuccum fictli non picato exprimunt, & in ſole lignea rude aſſiduè		mouentes inſpiſſant, quod mouentes inſpiſſant, quod ſi concretum, quid faucibus vaſis adhæreſcat, deradunt, reliquoque humori permiſcent, noctu diligenter operiunt, namq; ros nocturnus, liquores coaleſcere non ſinit. Cyclaminis ſuccus, tuſa radice exprimitur, ad mellis craſſitudinem decoquitur. Succus is valenter purgat excrementa alui, ſi cum vellere ſedi ſubijciatur illito vmbilico, & imo ventre coxarum tenus. Cydoneorum, ex fructibus ſuccus exprimitur, & ad mellis ſpiſſitudinem decoquitur. Citriorum acidorum ſuccus, coquitur lento igne ad tertiæ partis cõſumptionem, cola poſtea, & ſubſidere permitte, donec clareſcat, clarum deinde igne clementi in vaſe vitreo percoquito, aut inſolato ad iuſtam craſſitiem, qua ſeruari poſſit. Cucurbitarum ſuccus è ramentis tuſis, & cum roſaceo aurium doloribus infuſus auxiliatur. aduſtiões cutis in ardenti febre illitu adiuuat.

FORMA.	SEPTEMBRI,	FORMA.	SEPTEMBRI,
Elateriũ optimũ esse constat, læue non ponderosum cũ candore leniter humectũ gustu amarissimũ q̊dq; lucernarum luminibus, obiectũ facilè flagret. Porraceum tamẽ scabrumq;, si turbidum spectetur atque erui cinerisq; plenũ sit, graue & vitiosum esse solet. nec desunt qui cucũeris succo amylum	Elaterium, succus ex fructibus cucumeris asinini syluestris, autumno cum iam incipiunt pallescere, exprimitur, Plinio lib. 20. cap. 1. attestante. paratur verò in hunc modum: Decerpti cucumeres qui tactu protinus exiliunt, seruantur nocte vna, postridie imposito supra crateram rariore cribro, vtrique manibus prehensi sigillatim supino cultro, sursum versus aceim habente, finduntur, atq; per cribrum humor in subiectum vas exprimitur, simulq; carnosum, quod hæsit cribro, quo facilius excidat, eliditur, quod ita pressum residere finitur, atq; in vicinam peluim demittitur. Coaceruata autem in cribro, segmina dulci aqua perfunduntur, dumq; steterit, tota supernatans aqua cum humore concreto, effunditur. Hoc verò identidem fieri solet, donec existẽs, aqua liquescat: qua stillatim exhausta, sedimentum mortario excipitur, & conterendo cogitur in pastillos. Sunt qui ad hauriendam protinus succi abundantiam, cribratos cineres humi inspargant,	immisceant, ut cã dorem ipsum & leuitatẽ imitentur. A bimatu ad decenniũ deiectionib⁹ utile est.	& medium cauantes, triplicatum linteum obtendant, per quod elaterium, cum sua humiditate diffundunt. siccatumq; in pila, ut dictum est conterunt. aliqui pro dulci aqua marina perfundentes, ita eluunt. Alij in nouissima lotione mulsam aquam respergunt, hæc Dioscorides lib. 4. cap. 149. Lathyris siue cataputiæ maioris succus, cum vindemia incipit, ex ramulis dissectis, & vase conclusis exprimitur, expressus in pastillos digeritur, cum farina erui, hi pastilli magnitudinem erui implent, alij in aridas ficos ternas, quaternas;q́ guttas instillant, ut cum his inarescant, quas ad vsus recondunt. Morus nigra Celsi, arbor nota est, ex fructibus illius hodie parant succum, qui si in æreo vase decoquitur, atq; insolatus adstringentior redditur. Ex folijs succus exprimitur, contra phalangiorum morsus. Malo-

QVO TEMPORE SVCCI SINT COLLIGENDI.

FORMA.	SEPTEMBRI,	FORMA.	SEPTEMBRI,
	Malorum vel pomorum, ſuccus fit eodem modo, ut Rob de Ribes, aut rob berberorum, cor & ſtomachum roborant, ſyncopemq; ſanant, prout ex præſtantioribus pomis, exprimitur, ut ſunt Aurantiarum, citrinorum & ſimilum. Mandragoræ ſuccus fit è cortice recentis radicis tuſo, & prælis ſubiecto: qui inſolatus ubi concreuerit fictili reconditur. Malis quoque ſuccus depromitur, ſed aliquando ignauior. Nucum ſuccus, Græcis διακαρύς dicitur, finita æſtate ex corticibus recentibus exprimitur, coquitur vno feruore cum melle uſq; ad mellis compagem, contra tenuium humorum, defluxionem à capite. Omphacium ſuccus eſt, officinis rob de agreſta. ex uuis immaturis, hoc menſe plerumq; in Germania exprimitur, lentoq; igne ad tertiæ partis conſumptionem coquitur, coletur deinde & ſubſidere permittatur, donec clareſcat, clarum deinde igne	Eligendum eſt Omphacinum, flauum, friabile vehemēter adſtringens & linguā mordēs.	clementi in vaſe vitreo percoquitur, aut inſolatur ad iuſtam craſsitiem, qua ſeruari poſsit. Dioſcorides lib. 5. cap. 4. ante Canis ortum, media æſtate è Thaſia vite, aut Amynea ſuccum ex uuis nondum matureſcentibus colligit, expreſſam melliginem in rubro ære linteo coperto inſolare ſolet, vſque dū cogatur, ſemperq; quod ceruici vaſis concretum hæſit, reliquo humori permiſcuit, noctuq; à ſubdialibu[s] locis, in lectum referre, quandoquidem nocturni rores concreſcere non ſinunt. Tithymalorum ſuccus, colligitur incipiente pomorum illorum lanugine, quod fit autumno, appetente vindemiarum tempore. Congeſtis ramulis mox diſſectis, & vaſe concluſis excipitur: aliqui adijciunt farinam erui & in paſtillos digerunt, qui erui magnitudinem impleant. alij in aridas ficos ternas, quaternaſue guttas inſtillant, ut cum his areſcāt, quas ad vſus recondunt, per ſe etiam tuſus in pila & in paſtillos coactus reponitur, porrò

FORMA.	SEPTEMBRI,	FORMA.	SEPTEMBRI,
	porrò cum extrahitur lac, neque quo ventus aspiret, stare quenquam, neque manus oculis admouere conuenit, sed antequam colligas, corpus, præsertim faciem, collum scrotum quę genitalis, adipe aut oleo cum vino perungere. Hæc Dioscorides lib. 4. cap. 159.		

FORMA. OCTOBRI. RFOMA. OCTOBRI.

GRanatorum ſuccus, ex fructibus qui coriaceo leguntur cortice, exterius ruffeſcente, interius flaueſcēte, exprimitur hoc modo. Acini diligenter à corijs & membranis purgati, prælo committuntur, ac exprimuntur. mox vinum ſaccis ad id accommodatis percolatur, & in vaſculis reponitur, affuſo deſuper oleo, ne corrumpatur vel aceſcat.

Prunorum ſylueſtrium ſuccus, quo officinæ hodie pro Acatia vti, haud infœliciter ſolent, exprimitur ex baccis immaturis, vna cum ipſorum pulpæ portionibus, ex qua deinde placentulæ formantur, quæ ſiccatæ, pro acatia venduntur. quidam in vaſe aqua pauca, aliquot diebus macerant baccas, teſſellatim cōſectas, poſtea lento igne coquunt, colant, ac recoquunt, donec is ſuccus craſſeſcat, quem deinde ſeruant.

Vini ſuccus olim non prius quàm coctis & benè maturis vuis exprimebatur, ſed hodie rapi ex immaturis vuis cernimus, quod nimirum homines vexat auaritia. Triplex porrò ſuccus fluit ab uuis. primus eſt liquidus & aquoſus. Secundus dulcis & calidus, ex muſto auſtero, & dulcis vim mediam obtinet, qui habet vim mittigandi. Tertius à græcis διαγλεύκους appellatur, auſterus eſt, ideoq; vim habet reprimendi. Calcari muſta, cum Luna eſt ſub terra, optimum eſt.

QVO TEMPORE SVCCI SINT COLLIGENDI.

FORMA	OCTOBRI.	FORMA	NOVEMBRI.
		Sit odoratũ, mortus exps sapore acerbũ.	OMphacinum oleum, ex oliuarum cuiusque generis baccis immaturis exprimitur, ob id omotribes, id est acerbum viride, & crudum appellatur.

QVO TEMPORE SVCCI SINT COLLIGENDI.

RFOMA.	DECEMBERI.		FORMA.		

IANVARIO. | IANVARIO.

Cochleæ, terrestres præsertim pomatiæ, stomacho utiles sunt, & non facilè corrumpuntur. Pomatiæ, id est, operculares cochleæ, plurimæ reperiuntur in nostris montibus, iuxta Halam Sueuorũ, vicinisq; alijs locis. Eruuntur autem è terra hyeme in sepibus & frutetis, vncis quibusdam ferreis, propè fruticum radices terra circumfossa, concluduntur hæ contra frigoris iniuriam, quodam albo operimento duro gypsi speciem referente, sicq; contectæ terra se condunt. pro cochleæ ad varia corporis incommoda.

FEBRVARIO,	FEBRVARIO.

MARTIO,		APRILI.	
			Vipera ſerpentium genus à recentioribus Tyrus, Græcis ἐχίδνη appellatur, Dipſas etiam, hoc eſt, faciens ſitim. Eligendæ ſunt ex Galeno in libro de Theri: ad piſonem cap. 13. potiſsimum circa veris initia. at. 2. de Antid. cap. 18. ut 1. de Antid. 8. vere quidem finiente, uti 11. ſimpl. med: vbi ſubjit, à ratione alienum illis adimere caudam, fuluæ parumper, & ad motum valdè pronæ, quæ collum præcipuè attollunt, & oculos aliquantulum rubros habent, & quæ audacter, ac torue conſpiciunt, quæq; capite lato, ventre propenſo, ac toto corpore ſinuoſæ, meatum excrementis deſtinatum magis ad extremam caudam decliue gerũt, quam non conuolutam, ſed modice flexam potius eſſe conuenit, greſſu denique incedat quieto, hac ratione mas à fœmina diſcrepare debet.

APRILI.

Senecta anguium, græcè γῆρας ὄφιος, nullis non cognita, Germ: vocant Schlangen balck / hæc in campestribus inter saxa & stirpes inueniatur. de qua Aristoteles scribit lib. 8. de historia animalium cap. 17. Serpentes senectam exuunt, tum vere cum egrediuntur, tum etiam autumno. Vipera etiam exuit tàm vere quàm autumno. Cum serpens exuere incipit, ab oculis primúm detrahi aiunt, ita ut obcæcari videatur ijs, qui rem non intelligunt. colligitur senecta anguium Martio, vel circa principium Aprilis.

APRILI.

MAIO. | MAIO.

Cantharides probantur in frumento inuentæ, versicolores, & quæ luteas in alis transuersas, habent lineas corpore longo, crasso, præpingues. Sed inertes ac imbecillæ, quæ vnius sunt coloris. Capiantur vere, & phiala seruentur, necentur autem ut Dios. lib. 2. cap. 25. præcipit nempè super phialam rarum linteolum expansum, obligato ore & deorsum conuerso, suspenduntur super aceti feruentis quam acerrimi halitum, donec æstu exanimentur, postea lino transfixæ reponuntur.

Oesypus, id est, succidarum lanarum pinguitudo, ex ouibus integris non scabiosis paratur. Hyssopus humida ineptè vulgo dicitur. paratur autem hoc modo: Succidæ lanæ molles è collo fœminarum, radicula non curatæ calida, aqua lauantur, & quibuscunque sordibus expresis, & in labellum oris ampli coniectis aqua infunditur, magnoq; impetu ligula, vti respumet agitatur, aut lignea rude validiuscule conturbatur, quo largius sordida spuma colligi possit, deinde marina respergitur, & considente pingui, quod super natabat, collectoq; in altero fictili vase, denuo aqua in labellum fusa agitatur, spuma iterum mari perfunditur, & demum eximitur, hoc tantisper fieri solet, dum consumpta pinguedine nihil prorsus spumę extet. Collectum æsipum manibus emollitur, & si qua insedit spurcitia confestim demitur: exclusaq; sensim omni aqua, recentiq; affusa, manibus miscetur, donec admotum linguæ æsypum adstringat leniter, nec mordeat, atq; pingue candidumq; spectetur: tum in fictili vase cōditur, verum omnia feruido sole fiant. Hæc Diosc. lib. 2. cap. 67.

MAIO.		IVNIO.	

IVLIO, SOL in Leone.

CAncros fluuiales rabientium, gratia venari solebat Æschrion empiricus, quando Sol in Leonem transijsset, non nisi Luna decima octaua à quo quidem instituto Galenus libro 11. simpl. med: non videtur abesse. vrebat enim eos Æschrion in patella æris rubri, donec in cinerem redigerentur, ut facilè in leuorem redigi possent.

Fel latinis, χολὴ græcis, Gall Germanis dicitur, succus est animalis calidissimus qui cum æstate media calidior et acrior fit, rectè hoc tẽpore colligitur, præsertim ab animali defatigato & vexato, minimè autem quod in pace & otio degerit.

Vnguis siue Onyx, conchylij tegumentum est, ei simile, quo purpura integitur, quod in Indiæ nardiferis paludibus inuenitur. Colligitur æstate, tunc quando stagnantes aquæ æstiuis squaloribus inaruerunt. Laudatissimus qui à mari rubro defertur, candicans, pinguis.

IVLIO.

AVGVSTO. | AVGVSTO.

Sanguis hirci quadrimi, bene habiti, aliquandiu nutriti vino albo, & herbis calculum frangentibus, ut fœniculo ſeſeli lauro, Auguſto menſe iugulari debet, hoc modo. Cum vua matureſcere incæperit, ollæ recenti aquam inijcito, eamq; decoquito, ut quod terreſtre eſt abijciat: ac hirco iugulato, ſauguinis eius medium olla excipito, ita ut neq; eum qui primus effluxit neq; poſtremum accipiat, ac vbi coaleſcere permiſeris, minutim in olla ſolum incidito, reticulo autem tenui, aut raro linteo contectum ſub dio expoſnito, ut à ſole & luna illuminetur, ac ſicceſcat, cura dahibita ne madefiat, leuigatum diligenter in pyxide adſeruato: Hæc Alexand: Trall. lib 9. cap. 4.

SEPTEMBRI,

Medulla, ut Adeps sumatur à fine æstatis ad hyemis initium, ex florente animali, & reponatur loco sicco, & edito & septentrionem spectantè: reponatur cum folijs laurij siccis ne putrescat, aut situm ducat. Recens etiam tenerorum animalium vsurpatur. Dioscor. lib. 2. cap. 70.

Cerebella passerum, autumno & vere captorum reponuntur, cum vitello oui, melle, vel sole, aut cinere siccata.

Vulpes animal vafrum, nulli cedens sagacitate & astu, capitur & probatur autumno cum eo tempore vuarum esu pinguescat, eius pulmonem recentem eximunt, extracta arteria magna, diligenter mundant, postea reliquas eius arterias ac venas secant, lauant sexties hora interposita, vino albo odoro tepido, lotum pulmonem vrnæ imponunt, siccant furno temperate calente, siccatum loco sicco reponunt, prius absinthio, & nardi spica inuolutum ad diuturniorem tutelam. Sunt qui

SEPTEMBRI,

aqua ardente lauent, post saccharo aspersum siccent.

Echinus terrestris, Germanis Igel aut Hechel dicitur, nocturno tempore à venatoribus plerumq; capiuntur, per æstatem & autumnum, vbi vuas, siue vineas petunt.

SEPTEMBRI,		OCTOBRI.
		LAc vaccæ, Capræ, Asinæ, iuuenis, aliquandiu post partum exercitæ, & benè pastæ præsertim idoneis sibi pascuis. Vernum largius, sed humidius. Autumnale parcius, siccius, & butyro seruando aptius. Adeps ex animali florente autumno lectus, reponitur vel incuratus, lotus, siccatus in vmbra, vel exemptis pelliculis fusus sole vel igni in vase duplici. Alij tosto in veru animali cadentem excipiunt.

OCTOBRI.	NOVEMBRI.

DECEMBRI.

APrina caro, hyeme magis conuenit, vſui tum præſenti, tum futuro.

Medulla optima ſemper ceruina, ad indurata & ſcirrhoſa corpora emollienda, mox vitulina, poſt hanc taurina, dein caprina & ouilla. Dioſc.lib.2. cap.70. colligit æſtatis exitu, cum appetit autumnus: quippe alijs anni temporibus concrementum ſanguinis & veluti caro friabilis in oſsibus inuenitur: nec facilè cognoſci poteſt, ni quis eam oſsibus extrahat & recondat. Galenus libro 11. ſimpl.med.facul.hyeme primũ capit veluti ad adipem, deinde in ædibus ſiccis, atq; æditis, planè humori expertibus cum folijs lauri ſiccis reponit.

FINIS.

88